


Sento tecta tuo divina Ecclesia crescat;
Atque bonos mores legibus ipse leva.
Nil contra fidei permitas dogmata sanctæ,
Ne adversus Divum dicere probra sinas.
Contere blasphemos, qui nomen Christi inhonorant;
Comprime pseudenedros, vertere qui omne volunt.
Te Regina Regens ad munus provocat altum,
Nemine ut in Nati providus istud agas.
Alma Parens Regis pueri, qui sceptræ decorat,
Magno est Pontifici Filia amata nimis.
Spiritu et instinctu, et sophiâ dotata refulget;
Jugiter ipsa bonum corde patrare cupit.
Ipsam prosequere, ac ejus pia vota secunda,
Et sic æternum nomen habebis ovans.
Denique percipias, felix et dulcis amice,
Teste uxore tuâ, perpes et omne bonum.
Et fac ut Viridis fœcundaque Villa per ævum
Fructus magnificos, pomaque opima ferat.

Id. Jul. 1890.





AD PRETIOSAM MORTEM
Reverendi Parochi de Sancto Joanne
(VULGO AMANDI)
in Asturiâ. (1)

ELEGIA.

Nullum, vel minimum, momentum parca quiescit;
Sed ferit eximios impia falce viros.
¿Cui malè sors hodiè moriendi contigit atra?
¿Quisnam viventùm prodiit e numero?
¡Inclytus, et gnarus, doctusque, piusque Sacerdos,
Qui in nostrâ enituit vir regione cluens!
Annis, et meritis dotatus ab Omnipotente,
Quantumvis aliàs ipse modestus erat,
Post longam vitam miris virtutibus auctam,
Dormiit in Domini dulci et amante sinu!
Officium parochi supremis dotibus augens,
Munia complevit, lustra per octo, benè.
Porro malum nunquam, dùm vixerat ipse patrarat,
Sed puero similis semper ubique fuit.
Nulla in eo est unquam peccaminis umbra notata,
Ipse licèt solers, prorsùs et acer erat.
¿Quis daret, ut lacrimas pro sancto fundere possem?
Rivulus ¡heu! geminus lumina nostra forent!

(1) El Sr. D. Juan González de los Sagueros, Párroco que también había sido en el pueblo natal del autor.

Oh! te ego decessum duro deflebo dolore,
Donec cum vivis ore carebo tuo!
Non de mente meâ abscedet tua dulcis imago
Maxime amice meus, consiliator amans.
Donec et in terris fuero tristissimus exul,
Proflua gutta meas perget arare genas.
Non secûs oportet dignum memorare magistrum,
Qui patris officium præstitit ipse mihi.
Det Deus æternam requiem tibi, care Joannes,
Et lux perpetuò luceat alma tibi.





AD DECESSUM

Rdi. admodùm Presbyteri

Bles Petri Fernandez Caneja;

CANONICI OVETENSIS.



ELEGIA.

Vivere in hoc sæclo non verè est vita beata,
Legi etsi æternæ subjiatur homol
Hæc vita exilium est, curis, lacrimisque refertum,
Queis neque vir justus liber abire valet.
Jurgia, seditio, rixæ, convicia, lites
Pacem perturbant, dira cientque odia.
Grata quies animi turbatur qualibet ansâ:
Vita super terram tetrica militia est.
Quàm felix extas, carnis sine cortice, Petre,
Quantumvis maculas temporeo igne pies...!
Nulla tibi ulterior superest metuenda cupido,
Nullum luctamen, nullaque noxa manet.
Tu magnas equidem virtutes sospes habebas,
Et turpis vitii trux inimicus eras.
Fluctibus e mediis, et mundi e tramite duro
Existi victor, Cœlitis auxiliis.
Quid mirum si hodiè, peccamine liber ab omni,
Debita naturæ cuncta soluta tenens,
Et cum cœlicolis habitans, quos antè colebas,
Sis perquam felix, atque beeris ovans?

Tu nostras minimè lacrimas fervore reposcis;
 Fortassis verò concupis ipse preces,
 Quatenùs hisce leves maculas abstergere possis;
 Ast ego cum planctu deprecòr ante Deum:
 Insimul illacrimans tristè et reverentiùs orans,
 Fervida vota tibi nocte dieque dico.
 Namque tuis sociis et amicis ¿quid nisi flere,
 Dùm vivant, superest, ore carendo tuo?
 ¿Quis siccis oculis tanto privatur amore?
 Quis sine lamentis id tolerare potest?
 Tu quoque, præclare Archidiacone (1) plangere pergas,
 Namque tuum baculum perdis, et usque manum.
 Vos etiam, mœsti collegæ, plangite amarè,
 Nam vestris oculis pupula clara deest.
 Vos quoque, consortes, nullo solamine flete,
 Nam fratris teneri deficit umbra bona,
 Accentus nostros cuncti jungamus in unum,
 Atque Deum vivum voce precemur eâ:
 Æternam requiem dona, Deus Optime, Petro,
 Et lux eniteat, fulgida perpes ei.



(1) El Arcediano D. Joaquín Palacio, amigo inseparable del finado.



AD EPISCOPUM MARTYREM

in IV anniversariâ die.



HYMNUS.

Te toto ex animo, Martyr amabilis,
Privatim veneror, cordeque percolo;
Et te quotidie deprecor anxius,
Ut me cœlitus adjuves.

Cùm sospes fueras, dives honoribus,
Tu me, puxillum, prorsùs amaveras;
Et quandoque meum carmen inanius
Legisti, et placuit tibi.

Tu valdè sapiens atque piissimus
Et vir consilio præditus admodùm,
Pollebas homines vincere plurimos,
Et nunc sanctior enites.

Hispani fueras Comitii jubar,
In cunctisque micans ipse prioribus;
Ac te mox ideò Papa vocayerat
Grato pectore Præsulem.

Te vox instituit cœlica Episcopum,
Adjutrixque fuit Sancta Teresia;
Sic in præsulibus conscia maximum
Te Salmantica duxerat.

Dotes eximias undique publicas
Pastoris vigilis postmodò feceras;
Sic urbs metropolis te sibi prætulit
Rectorem velut optimum.
Hispani Capitis gens pia et inclyta
Te verè innumeris plausibus extulit;
Plebs trita ac humilis te quoque ad æthera
Verbis usque levaverat.
Omnis turba Patrem te petit unicum;
Te tristes inopes uniter invocant,
Te cunctus populus diligit admodum;
Et passim benediceris.
At verò interea dæmonis invidi
Tetrum flagitium te super incidit;
Ac ietu horribili fundere cogeris
Sacrum denique sanguinem.
Jam Confessor eras, providus, inclytus,
Cum te præripuit pugio tetricus;
Tunc vero eximius Martyr ad æthera
Lauri cum diademate,
Palmamque in manibus signifer afferens,
Postquam concideras Ædis ad ostium,
Sævo carnifici parcis, et ocyus
Ejusdem veniam petis.
Dudum signa facis splendida, fulgida,
Queis plerumquè probas coelicolæ statum;
Et constanter opem Cœlitis atrahis
Humanos super infimos.
Ad sanctos cineres ritè reconditos,
Et persæpè tuo in marmore frigido
Ægrotus baculum projicit anxius,
Vadens sanus et integer.
Ærumnis animæ sive doloribus
Semper subvenies, atque medeberis;
Cœli namque Deus reddidit angelum
Te mortalibus omnibus.

Vates ast egomet, qui tuus æstimor,
Et quandoque tuis dotibus inclytis
Allectus, placidè carmina consecro,

Numen postulo jam tuum.

Fac me commemores ante Diespitrem,
Ut peccata mea in sæcula deleat;

Ora ut te videam lumine divitem

Flammis liber ab igneis.

AMEN.





TENERRIMÆ PUPULÆ,
MARIÆ DE JESU GONZALEZ DEL VALLE,
FUGA IN CŒLUM.

HYMNUS.

VATES.

¿Quorsum progredieris, candida pupula
Quæ pennis rapidis, atque nitentibus,
Imis aufugiens e regionibus,

Ultra sidera provolas?

Nutricis gremio nixa in amabili,
Ridebas hodiè mane per integrum,
Et jam cum cherubim vespere concinis

Hymnos et nova cantica.

¿Cur patrem subito deseris orphanum,
Fundentem lacrimas absque levamine?

¿Quis te corripuit, stella vel angele,

Ut sis incola cœlica?

¿Num vocis modulus matris amabilis
Audisti placidos, cœlitus editos?

¿Quis te per vacuum sustulit aëra?

Dic nunc, inclyta pupula.

PUPULA.

Me jussit Dominus tendere in æthera,

Ut matri sociæ sæcla per omnia,
Mî terram licuit linquere lugubrem,

Noxis liberæ ab omnibus.

Me Custos rapuit pennifer angelus,
Et dorso imposuit, fulmine præstito,
Cælumque introii, me comitantibus

Lætis angelicis choris.

Matrem nunc hilarans aspicio meam,
Quacum me posuit Rector Olympicus;
Et pro patre meo poscimus utraque,

Ut sit prosper in omnibus.

Sî fratres teneros atque sororculam
Liqui, hos non equidem pectore deleo;
Sed senos speculor, atque perenniter

Ipsos cerno libentiùs.

VATES.

Pro me nunc etiam, fervide spiritus,
Exorare velis ante Diespitrem,
Patrem namque tuum percolo plurimum,

Et fratres deamo tuos.

Te tamquam rutilam lampada in æthere
Accensam meditor lumine perpetim;
Pro nobis miseris Numine ab Optimo

Ora, candida pupula.





AD EPISCOPUM

Matritensem Complutensem



ODE.

Antistes sapiens, dulcis Episcopo,
Matriti columen, tutor et angele,
Complutique decus, lux, jubar inclytum,
Astrum gentis ibericæ:
Doctor conspicue, et fortis Apostole;
Doctrinâ et meritis notus in omnibus,
Præclari ingenii viribus unicus
Extas, dux vigil Israël.
Jam pridem fidei pulchrâ in Americâ
Confessor fueras strenuus, impiger;
Excellens Abulæ postmodò Episcopus
Sancto a Pontifice es datus.
Non serò egregias Præsulis optimi
Dotes edideras plausibus omnium;
Matriti ac ideo, Pastor amabilis,
Ut sol fulgidus enites.
Virtute eximius, vir quoque providus,
Et verâ sophiâ præditus admodum,
Inter conspicuos granditer eminens,
Cunctis surgis in optimis.
Primi Catholici nostrâ in Iberiâ
Conventûs fueras mentor et editor;

Salve, Præsul amans, vir venerabilis
Salve sæcla per omnia.
Cœtus alterius, nempè novissimi, (1)
Splendorem nitidis lucibus auxeras;
Nam quamvis minimè Præses iniveras,
Ipsi mens tua præfuit.
In celso Hesperiae culmine considens,
Plebis catholicæ vulnera perspicis,
Et nostram patriam perbenè liberas
Morbis atque doloribus.
Zelo ardens fidei, mente recogitas
Hispanum populum quomodò protegas,
Et claris monitis jugiter arceas
Peste hipnoticâ ab impiâ.
Magnis militiam laudibus efferens,
Contra enorme jugum pubis ibericæ,
Quæ fervore sacros expetit ordines,
Clamas voce tonitruï.
Reclamans pariter, nunc adipisceris
Post tirocinium nubere milites,
Ut castis valeant vivere regulis,
Et moralibus actibus.
Totos Hesperiae fama per ambitus
Plausu continuo te canit optimum,
Namque his auspiciis alta petitio
Auditur tua celsiùs.
Nunc verò assiduis ipse laboribus,
Et cunctis animi viribus additis,
Ut Jesu imperium sit regionibus
Fixum pascis in omnibus.
Semper, clare, tibi sit benè, Episcopo,
Ut magnis potiens prosperitatibus,
Longævus valeas præmia consequi,
Luce et perpete perfrui.

(1) El de Zaragoza.



AD DAMIANUM ISERN.



ODE.

Quando tuas magnas in mente recogito dotes,
Et claris meritis, oh Damiane, tuis
Attrahor, excipiens tùm jubila penè superna,
Extuat ex œstro cor, ut in igne, meum.
Lucida si verò intendo tua scribere gesta,
Suppetat etsi œstrus, vis tamen apta deest.
Quis foret ¡heu! vates insignis, ut almus Homerus,
Ut tua concinerem versibus acta meis?
Causam catholicam propugnas, miles ut acer,
Et sic jam meritis, care, es, amice, benè.
Rem quoquè politicam zelo vel acumine tractas,
Sanis doctrinis politicisque favens.
Disciplinarum tutor, sapiensque magister
Themata cuncta tenes ritè soluta citò.
Præditus ingenio, ac animi bonitate probatâ,
Res perdifficiles solvere in ungue vales.
Præterea sectans Solem (1) sinè nube satelles,
Lumen ad extremas ducis in orbe plagas.
Quatenus ipse regens cathedram (2) splendore refertam,
Doctrinæ, ex ipsâ, semina abundè jacis.

(1) El Sr. Pidal, lumb'era del Parlamento.

(2) El periódico «La Unión Católica.»

Prorsus honoratas (1) cogis molimine turbas,
 Ante illas semper signifer ire volens.
 Sed non ad campum vetitum tu protrahis ipsas,
 Nam nihil adversum legibus ipse mones.
 Dum Divi Thomæ teneas documemta corusca,
 Quid facere intendes dogmata in alta Dei?
 Tu ferè justitiæ fecialis nobilis extas;
 Nullaque causa tibi, quæ sit iniqua, placet.
 Tu quoque sectaris, pia quos Ecclesia sanctos
 Pastores vigiles maximo amore colit.
 Ac ipsos sequeris tamquam si lucida cœli
 Sidera conspiceres fornice in æthereo.
 Plebs hispana tuas dotes extollit ad astra,
 Et Dertusa placens te celebravit ovans.
 Mox in comitium supremis plausibus ibis,
 Voce ubi sublimi cuncta sacrata teges.
 Mox inter fidei tutores atque patronos,
 Ac inter proceres et quoque patritios,
 Quos laudat populus, magnoque exaltat honore,
 Laudibus innumeris perbenè dignus eris.
 Protinus oh utinam pinnacula scandere possis,
 Ut cunctum populum contegat umbra tua.

Postr. Kal. Dec. 1890.



(1) Las honradas masas.



AD SAGACISSIMUM
REIPUBLICÆ PRIMATEM.



ACROSTICHIS.

Siquando imperium cum totis viribus ambis,
Atque potestatis fræna tenere cupis,
Grandior exurgis rugiente leone in eremo,
Atque metum validis incutis usque viris.
Si verò imperium geris, aut pinnacula scandis,
Tunc leo mansuetus fis, placidusve puer,
Ac plerisque tuis gazas largiris amicis.
Ad multos annos herculè ponè thronum
Vivere te vellem, quia sic tantummodò pacis
Excelsum poterunt munus habere boni.





AD MERITISSIMUM VIRUM, JUNIOREM MINISTRUM.



ACROSTICHIS.

Cuncta tibi Hesperiae reverens Ecclesia pridem,
Ample Vir, extimuit: postea verè aliter.
Nullus enim Praesul poterit te non deamare,
Atque tuas dotes nemo tacere valet,
Lectum quandoquidem vas coelitus esse videris,
Et magnis fulges dotibus ipse tuis.
Jus et justitiam praesignis quippe Minister,
Apprimè et scitè jugiter ipse facis.
Selecte o juvenis, patriae spectabile scutum,
Accipe quæ ex animo nunc tibi vota fero.
Vivere te cupio per longos Nestoris annos,
Et multis patriam posse beare bonis.





AD SAPIENTISSIMUM VIRUM
D. D. Franciscum Silvella,
EX-MINISTRUM.



ACROSTICHIS.

Francisce insignis, quando Demosthenis almi
Reddere præsumo exemplar spectabile et amplum,
Ante tuam faciem mentem defigere cogor;
Non alius similis toto invenietur in orbe,
Collatus quocum rhetor queat inclytus esse.
Ipse fori in medio fulges ut in æthere Titan,
Signiferisque præis qui sunt toto orbe Patronis.
Causidicus sapiens, juris legumque peritus,
Undique laudatus summè super astra locaris.
Sessus at imperii præcelso in culmine, salvas
Semper vis fieri supremas utilitates,
Inclyta quas præfert celeberrima natio nostra.
Lumine cœlesti repleas nimis abdita regni;
Veramque hispanis pacem miro ordine præbes,
Et facis ut vigeat perfectus in omnibus ordo.
Largiter ecce agimus grates tibi, magne Minister;
Accipe quæ populus defert tibi fervida vota.





AD REVERENDISSIMUM

80

Præstantissimum Dominum Episcopum
Legionensem.



ODE.

Præluſtris Doctor, celeberrime, et ample Magiſter,
Gloria Gymnaſii (1), luxque, decusque ſimul;
Grammata cùm patriæ dudùm illuſtrare es adeptus,
Juraque diſcipulis diſcere ſacra dabas,
Te Legionenſem Paſtorem Papa creavit,
Cujus in auſpiciis nobile munus obis.
Jam ſophiâ et meritis plenus celebraris ubique,
Amplificisque nitens dotibus ipſe clues.
Præclari Albiti et magni Froilani imitator,
Quorum cuſtodis oſſa relictâ ſacra,
Exhortans homines ad Divi nomen amandum,
Omnes compellis cœlica juſſa ſequi.
Exemplo et monitis, mirâ dulcedine pollens,
Magnos et parvos allicis ipſe tibi.
Zelo excandescens, ut apoſtolus impiger, omnes
Prorsus oves rectas ire ad ovile cies.
Ipſe per abruptos pagos, montanaque fracta,
Quæris oves, ſancto et chrismate inungis eas.
Et tanto officium complex conamine ſacrum,
Ut tua vita minas sæpè ſubire queat.

(1) Como Cátedrático que fué de la Universidad Central.

Non pridem lymphis jacuisti immersus in atris
 Quando TIBI placuit visere nuper oves.
 ¡Quantas, o fatum, tua dira pericla dedere
 Ærumnas populo, Præsul amande, tuo.
 At saluum fieri voluit TE Divus in altis,
 Ut quæras ægros, et medearis eis.
 Jamque pium Patrem reveretur turba fidelis,
 Teque, ducem sequitur prorsus amata cohors.
 Porrò Diœcesim reples virtutis odore,
 Quæ mox jam Christi fertilis hortus erit.
 Absterrens vitium, virtutum semina spargens,
 Selectum formas, conspicuumque gregem.
 Esse TUUM servum me glorior, optime Pastor,
 Namque tuo exemplo me nimis ædificas.
 Cùm tantas igitur virtutes, gestaque tanta
 In TE perspiciam, quomodo, clare Pater,
 Carmine musa meo posset TE non celebrare?
 Cùm mihi prætereà vim veniamque dares,
 Carmina ut hæc edam, quamvis res futilis extet,
 Quid TIBI pro tanto munere ferre queam?
 Ante TUAS plantas humilis mea carmina pono;
 Versibus indulge, meque, Pater, benedic.





Ad Marcellinum.



Prodigium sæcli cœli, inspiramine pollens;
Unice nate, suo quem pavit lacte Minerva;
Inclyte, et alme geni, mundum qui nomine comples;
Quem divina sophis monitis Sapientia datat,
Marcelline: tuâ meditatus nuper habenâ,
In laudem Lyrici venusini, dulciter hymnos,
Sæpiùs electos, compulsus viribus æstri,
Aurato plectro pepigisti, et voce sonorâ:
Quorum vi, major si posset Horatius esse.
Numine nempè tuo suffultus cresceret amplè.
Non potius cherubim poterit jam concini in harpisi!
Ipse lyræ Regem vincis, celeberrime vates...
Culmina Parnassi transcendis ovanter, et ultra.
Quam ferè divina, et cœlestis Epistola magna,
Quam Regi egregio lyricorum ritè dicasti!
Gaudia quanta mihi peperisti in versibus istis!
Quisnam posset eos nitidis decorare lapillis,
Protinùs ac auri reverenter condere in arca!
Ast ego, quandoquidem minimè tua carmina honore
Debito habere queam, gazam super astra locando,
Hanc, licèt incompto fictam sermone latino,
Vel nimis infractam metris exilibus, Odem
Nunc tibi restituo veneranter. Suscipe quæso;
Atque meum parcas, juvenis spectabilis, ausum.





EPISTOLA AD HORATIUM. ⁽¹⁾



Fortè librum, tectum rugosâ pelle vetustum,
Atque typis pravis, et deteriore papyro
Conflatum, teneo, et verâ pietate repono;
In cujus foliis vestigia dura scholarum
Denùm sæclorum variè, passimque notantur,
Censurum ferulâ accuratè, et sæpè peracta;
Tùm ferè spectantur, tamquàm cabalistica signa,
Lectorum calami ignotorum puncta, notæque;
Tùm quoque apophthegma in lingua non ritè latinâ,
Tùm scholia, et glosæ forsàm insipientis alumni,
Atque phrases multæ rubratâ utcumque liturâ,
Plurima et addenda, expurgandaque plurima mendis;
Omnia at incompètè, et rudibus permixta figuris,
Porrò manu turpi ac ignarâ forte patrata,
Quæque per abstractas otiosus liverit horas
Nigro atramento super amplo margine libri,
Sæpiùs (¡infandum!) vexati, vel violati.
Ipse tuus liber est, venerande, et summe Magister.
Non tamen ipse typis auri fuit editus usquam,
Nec de Plantini prelis novus exiit amplis;

(1) Versión hispano-latina de la magnífica epístola á Horacio, escrita por el eminente literato y sabio académico D. Marcelino Menéndez Pelayo.

Non Aldus Venetis genuit mirabilis olim,
 Nec verè Stephanus; nec eum Bodonius auxit,
 Non Elzevirius gemmis ornavit eundem:
 Pauper, inopsque nimis quondàm fuit editus Oscæ,
 Atque fame oppressus faber incunabula movit.
 Inscius hunc opifex ad vulgi contulit usum.
 Dura scholæ invitè vectus per scamna cucurrit
 Sordidus, infractus, multo squalore repletus,
 Thesaurus dives, salium, verbique faceti,
 Propter quem Latio inviderunt æmulæ Athenæ.
 Oh! quot sunt aliti foliorum mellibus ejus!
 ;Quot vigilaverunt, arcana voluminis almi
 Pandere conantes, numquam reserata profanis!
 ;Quanta repensa fuit perstantibus ampla voluptas!
 ;Quantum sudoris stultis, liber alme, dedisti!
 ;Quotque soles curas stolidis dare semper alumniis!
 Nempè tuo ex ipso contactu germen abundans
 Mille idearum in cerebris peperisse quibusdam,
 Ipsaque replese harmoniâ, vel luce videris;
 Atque tui influxu, et vi rhythmî multipotentis
 Prorsùs eis totum reseras rhythmum generalem.
 Per te est ante oculos ipsis oblata vetustas,
 Et Venus Urania e cœlo descendit ad ima,
 In mentes dignas, quæ ipsam venerentur in ævum,
 In quæis tunc residens, tamquam alma idea, vigorem
 Mentibus induxit, præstans regimenque Camœnis.
 Eruta de terris, veniensque excelso ab Olympo,
 Inter concentus modulatos, atque sonoros,
 Quanta fugax subiit prædulcis imago studenti,
 Qui, ante feram faciem duri, austerique magistri,
 Vestibus induti talaribus, alta revolvens,
 Ipse propè attonitus contemplabatur, et hærens,
 Omnia succedi antiqui præstigia mundi:
 Nempe, thogas gemmis, ac auro vermiculatas;
 Patritias chlamydes, prætextas; atque Quirites,
 Tum latos clavos quoque, plebejosque, sophosque,

Tum divinatores, auguriumque obeuntes;
 Tum dominas lepidas, habitantes principis aulam;
 Matronas etiam pulchras, facieque severâ;
 Ancillas græcas coopertas veste venusta;
 Libertas dociles, formosas, atque sagaces;
 Lectos, atque triclinia, flore et aromate strata,
 Etruscas hydrias, phialas, et murrhina vasa;
 Plurima pro ludis rapidissima, Olympica plaustra,
 Fluctibus in mediis Adriæ persæpè procellas,
 Tumque manum Jovis, immensum super æera stantem,
 Najades in liquido lympharum fonte perenni;
 In tiburtino nemore absconsam ferè villam
 Jucundam Vatis, summè celebrantis Ophantum;
 Per quem magnifici cantus, venusinaque metra
 Labuntur rapidè, properantis fluminis instar,
 Pindari ad extensum pelagum, vel ad æquora Saphus.
 Sic quoque ego accessi reverens, sublimis Horatî,
 Ad tantum librum divinum, tam peregrinum,
 Arcam sacratam gemmis, auroque refertam;
 In cujus placidis pagellis ipse falernum,
 Lætificans animam, sæpissimè, et anxius hausi.
 Cuncta in te inveni, lyricorum maxime Princeps;
 Romanum pectus reperi, mentemque pelasgam,
 Audacem perquam, rapidumque, citumque volatum,
 Tela probanda nimis, peracutam nempè sagittam,
 Atque sales acres, quibus utitur Attica tellus.
 Dulcia mella, petræ queis manant montis Hymetti,
 Hymnum, qui celsi pertingit culmina cœli,
 Afflatum, summo cœstro Aphrodites, carmen Erotis,
 Ac *Otium Divos*, quo mens fit dulcè serena,
 Jubila longa, nimisque ferocia, vertice in alti
 Parta Cytheronis, strepitosâ et nocte sub atrâ,
 Quando levem thyrsus jactabat fervida Bacchis.
 Tu typus es belli, cunctique lepôris in orbe;
 Solus in orbe typum pulchri posuisse videris;
 Porrò triumphali gemmas diademati abundè

Græcia magna tuo innexit. Tibi Jonia voces
 Præstitit, Anacreon lyricus quibus ipse Bathillum
 Blandius allexit: Thebæ tibi denique rhythmum,
 Quo cygnus pugilem cecinit Dircaeus ovantem,
 Ac etiam rapidæ victorem sæpè quadrigæ,
 A duro Archiloco, infensoque Licambe inimico,
 Ferrea tela tenes, miros conversa in iambos;
 Pennatamque stropham, quâ exardens lesbia Vates
 Inflamare sciit ferventer amore profundo
 Crinitas juvenes, queis Lesbos jure superbit;
 Carmen et Alcaci, resonans horrore procellæ,
 In nimis infaustum Mithilenes fræna præmentem
 Omnia, summe lyræ Rex, es complexus in unum,
 Et sapiens cunctis mensuram præstituisti.
 Nempè tuum «Nequid nimis» est moderamen in ævum;
 Ac prhasium brevitatis, concisio sobria verbi,
 Vera tui includunt mysteria numinis almi.
 Inter torrentes numerorum plectripotentum,
 Præceps phantasia in vacuum tua labitur ingens.
 At non transgreditur metam, miro ordine fixam
 Legibus harmonicis; quas Mnemosynes venerandæ
 Natæ olim græcos zelo docuere perenni.
 ¡Oh tempus felix, argivum nomine dignum,
 Atque latinorum! Requies oh summa, beata!
 Tranquillæ pacis sedes, mirabilis ordo
 Virtutum, quæ hominum remanet in corde latentes!
 ¡Oh vigor æterne, intemerata æterna juvena!
 Cultus sublimis formæ, sine labe manentis,
 Perpetua harmoniæ illecebra atque vocatio firma!
 Barbara præsentis sæcli generatio pravi!
 Porro viri docti (an poteris mihi credere, Horati?)
 Verè asseverant horrentia cantica belli,
 Quæ jucunda Scitis, etiam sunt grata Sicambro,
 Et quoque Germano nebuloso juba præbent,
 Obscurare tuas operas, jam non morituras,
 Marmore, quas pario, quasi scalpra magistra laborent,

Divæ fecerunt adamussim vermiculatas.
 ¶ Prorsus hyperboreæ nebulæ elongentur et absint!
 ¶ Tempore transacto quisnam tibi dicere posset
 Teuthonica imperia ac Slava ꝥea! in sæcla futura
 Magnos influxus habitura in lege et in arte
 Hoc super excelsum genus, ingeniumque latinum?
 Quinamve assererent idiomate nomina quædam
 Ritè tacenda tuo, quia numquam dulcè sonarent,
 Turpiter ausura esse tuum venerabile nomen,
 Divorum linguam fœdando, omnino abolere?
 Illâc Danuvius jactent Rhenusque superbi,
 Ambo prius victi, imperiales eminens undas;
 Namque egomet Tiberis ridentia malo fluenta,
 Cephissi, ac placidas Eurotæ præfero ripas,
 Ac undas potiùs dites Tagi et amnis Iberi.
 Summa pace veni, vetus et fecunde libelle,
 Mens lyrici Regis; toto sum corde latinus,
 Atque tuas sacras pagellas pronus adoro.
 Extollat frontem rursus jam Regulus altam,
 Et castæ renuat reverentiùs oscula sponsæ;
 Avertat populum, sese transire vetantem
 Et citiùs redeat cruciatus fortis ad atros:
 Inter jam domiti, et veterati rudera mundi,
 Corruat ipse Cato, nullo certamine victus:
 Et tamquam præceps volucris Jovis ipsa Tonantis
 Irruit in timidus properans quandoque columbas,
 Drusus Vindelicas gentes perterreat acris:
 Elatas turres, queis Ilios astra lacessit,
 Perfidè, et injustè bis fœdo in pulvere stratas,
 Exteræ ob infandum facinus, vel judicis iras,
 Vel propter malè factum Laomedontis iniqui,
 Fortiter excret Juno, et maledicat in ævum.
 Palladis almæ Ægis Titanibus ære resistat;
 Danaides gladium stringant, fusoque cruore,
 Lectos intingant geniales; denique Cretam,
 Urbibus ex centum constructam, denuò ad ipsam

Per taurum niveum Nimpha ¡heu! raptata vehatur.
 Veloces quoque equos tonitru strepitantis in altis
 Rursus per vacuum Saturnius aëra jactet:
 Cardine commotus, prostratus contremat orbis,
 Impigra corda tamen maneant secura virorum,
 ¡Quæso, liber venias vetus, etsi fragmine tritus!
 Ebrius esse tuo annoso desidero vino;
 Montibus in celsis cupio quoque cernere Bacchum,
 Atque leves Faunum Nymphas deamare volentem
 Cynthium et intonsum, rubicundum Hermemque disertum,
 Ipse per umbrosum nemus ardeo Tiburis ire,
 Ac apis argutæ placidum exaudire susurrum;
 Lydiæ et in nimum teneris Gliceræque lacertis
 Ponere cum requie frontem, jam sole cadente,
 Vel prope Blandusiæ liquidum fontemque perennem,
 Sive Lyces duræ ad portas Aquilone recussas,
 Ejus duritiem frænare, ferumque rigorem,
 Sivè in Virgilio celerata nave volare,
 Attica ad usque nimis ridentia littora eunte,
 Dimidiumque tui cordis vectante per undas
 Auribus humanis arrideat, inclyte Horati,
 Dulcis ubique tua, exemplaris lectio summa.
 Pange bonam pacem; mediocrem plaudito victum.
 Denuò honesta boni recine, et monimenta salutis,
 Quæ miris hymnis cecinisti Postumo amico:
 Illud «Carpe diem» alliciens ad gaudia mentes:
 «Rectius et vives» animas ad sidera portans;
 Pangito de ludis, vinis et nobili amore;
 De gestisque virum pange, et virtutibus almis.
 ¡Semper mirandus! Tecum percurrere Romæ
 Prisca fora exopto atque vias, ut cum Damasippo,
 Vel cum servo humili, Davo, sermociner ample;
 Quæro epicureis, stoicisque illudere stultis;
 Brundisium petere, Ofellumque audire libenter;
 Ac Mæcenatis locupleta triclinia adire;
 Discere, et ex animo amplecti præcepta superna,

Quæ prædulcè tuis Pisonibus ipse dedisti.
 Adsint pyrrhichii, et jambi celeres quoque dactyli abun-
 Cuncti in phantasiâ ac ignitâ mente creati; [dent,
 In metris nitidis nexu copulentur amico,
 Et tamquam Nymphæ discinctæ, tripudiantes,
 Huic illuc saltent rhythmis, pedibusque sonoris.
 Defessos animos relevet nunc alma vetustas.
 Jugisque ideæ fervor, vel lethifer angor,
 Qui infirmum mundum plerisque laboribus urget,
 In vacuum vires ejus stinguendo, per atras
 Ac sacras nebulas, Aquilonis vortice partas,
 Ante ejus lumen pereant. Sol redivivus (1)
 In mundum redeat rutilans, ut dissipet umbras,
 Non secus ac illud, quod in alto oriente refulgens
 Emicuit sæclum, tenebrarum barbaricarum
 Debellator ovans, populus ad pascua vitæ
 Nempè novæ impellens; [vitæ super omne beatæ!
 Lumine, et insolitâ spe plenæ, et amore refertæ!
 In strictum fascem, linguæ per vincula, et artis,
 Conjuncti argivi coalescent, atque latini,
 Ac unus populus, vel erit domus unica in orbe.
 Lux animam tamen exterior succendere vatis,
 Lucidiorque simul debebit. Scilicet ipse
 Vinum difundat veterem novo in utre falernum,
 Ac puram formam, qua olim fuit Ethnicus usus,
 Ipse suam Christi, et corde, et pietate refigat.
 [Ista erit harmoniæ lex, et spectabilis ordo!
 Sic Leo conceptus magnos, peregrinaque gesta
 Plura typo infudit venusino, laude perenni.
 Sic olim spolia, acquisita e gente profana
 Fortè exornarunt veneranda altaria nostra;
 Ac in Basilicas, Christo pietate dicatas,
 Conversa, haud rarò gentilia fana coluntur.
 Magne Lyræ Princeps, valeas, valeasque per ævum;

(1) El sol del Renacimiento.

Silvestres turbas frustra Septemptrio jactet,
Namque liber vetus, innumeris erratibus actus,
Atque typis pravis, et deteriore papyro,
Scrinia quem nostra inmenso fervore reservant,
Has super accensas poterit renatare ruinas.





AD PRÆSTANTISSIMUM DOMINUM,
D. VICTOREM BALAGUER,


laureatum dulcissimum Vatem,

ET HONORABILEM ACADEMICUM.

Inclyte, qui gaudes augusto nomine, Victor,
Ac nomen superas actibus ipse tuis:
Vir, qui in multiplici ingenii certamine luctans,
Artibus ingenuis, artis amore, vacas:
Omnibus in ludis, ubi spiritus imperat æqui,
Laurea sarta tibi sacra Minerva dedit.
Justitiam, luctis in comitialibus, almam
Protegis ut præco, vel fecialis ovans.
Coetibus in cunctis, ubi vera scientia floret,
Inter primates semper ubique sedes.
Patritios merito et zeli molimine vincis;
Jam nunc largitor nosceris absque pari.
Thesauris patriam ditas, et honoribus auges;
Grammata collustras, atque nitore reple.
Ipse Novam-Villam locupletem, valdè beatam,
Munere magnifico, percelebremque facis.
Pluribus ornatum miris virtutibus amplis,
Te fama innumeris prædicat ipsa tubis.
Te sic amplectens, Academia magna recepit,
Teque nimis venerans, jure sophumque colit.
Optime Vir, sapiens, salve, dulcissime Vates,
Salve, et grati animi suscipe dona mei.

En tibi mitto *avis, et bruti execrabile monstrum*,
Quod tu in Museo depositurus eris.
Et verè est monstrum mentis, specimenque notandum,
Hispani ingenii fertilis et lepidi
Prælustris Didaci Gonzalez, divitis æquè
Virtute ac cœstro, qui abdita et alta sciens,
Et nostri excultor solers. idiomatis almi,
Vitia carpebat temporis ipse sui.
Magni Augustini præcellens filius, amplus,
Magno in Museo ritè nitere valet.
Quatenùs est autem tantum modò versio nostra,
Futilis et pauper, nil aliudque probat,
Quam vel amicitiam flagrantem corde sub imo,
Vel quod musarum more et amore trahor,
Scrinia adire tui Musei haud herclè meretur...
At si Museum carmina rara velit,
Sint licèt hæc aliàs omnino carmina egena,
Limina Musei pande libenter eis.





CLARISSIMO VIRO
Victori Balaguer.



PERFIDUS VESPERTILLIO ⁽¹⁾

Noctu, et in absconso consistens sola cubili,
Solerti nixa ingenio, pulcherrima Myrta,
Carmina læta suo scribebat Delio amanti,
Ut sponsæ dubium fidei convinceret ipsum,
Ardentemque suum castumque aperiret amorem,
Dulcibus abstracta his sensis, et rapta manebat,
Cùm malus joh fatum! per apertam fortè fenestram
Tetricus introiit fur vespertillio raptim.
Myrta suum calamum jecit tunc pressa timore,
Ingemuit, tremuit, clamores edidit atros;
Turba frequens venit... Cùm vero agitata puella
Carmina in occultum studio velanda recepit,
Fuso atramento, replevit scripta lituris!
—Consciis infausti casûs, mox Delius, irâ
Excitus in nequam, prorsûs miserabile brutum,
Quod pulchræ Myrtæ temerè interruperat hymnos,
Atque pavore malo multum vexaverat ipsam,
Forti excandescens irâ, rabidoque furore,
Sic atram volucrem verbis maledixit in istis:

(1) Versión latina de la preciosa invectiva titulada «El Murciélago alevoso» del R. P. M. Fr. Diego González, Agustiniانو.

«! Oh avis et bruti nimis execrabile monstrum,
 Quod bruti et volucris complexas pesima membra!
 ! Visio nocturna, oh nimis umbrarum gravis horror!
 ! Proh teter luctus, lucisque inimice protervel
 ! Oh noctis rigidæ, et tenebrarum nuncie, et augur!
 ; Quid tibi cum placido, nitido splendore diei?
 Porrò tuas fœdas operas, vultumque nefandum
 Turba canorarum volucrum maledicat in ævum!
 Et quia me summâ spoliasti prosperitate,
 Atque meæ lepidæ rapuisti munera Myrtæ,
 Accidat omne malum tibi, quod contingere possit
 Hibrydæ et horribili monstro, non nomine digno!
 Continuò e cœlo noctu cadat horridus imber,
 Qui prohibere tuos nitatur ubique volatus.
 Vel fulgur rapidum te excæcet luce sinistrâ,
 Sivè tuo boreas culices avertat ab ore.
 — Atque polita domûs hera, cùm ferè stragula tergat,
 Te sordem reputet, quasi fœdum stercus abhorrens;
 Et tamquam telam, quam texit aranea turpem,
 Te in terra abjiciens, retrudat fuste scoparum.
 Vivere te vixdùm cùm sentiat, atque moveri,
 Protinùs ipsa scopas jaciat, fugiatque citatim.
 Tunc felis veniat lascivus, amansque tumultum,
 Qui primò timidus, te cernens, sistat inhorrens;
 Anfugiat, redeat, paucoque vigore recepto,
 Mugiat ipse fremens; horrescat, et hispidus instet;
 Erigat et crispam caudam, tumidamque pilosam;
 Ac dorsi spinâ, curvata circuli adinstar,
 Æthera pertingat, vixdùm pede strata terente.
 Attamen expulso horrore, et jamjamque refectus,
 Pectore humi posito, caudamque cienão agitatam,
 Fixus, et ipse tua invigilet studiosiùs ora,
 Atque tuis motus quem noscat in artubus esse,
 Excitet ipsius vires certamen ad audax.
 Denique te, impavidè aggrediens incursibus atris,
 Impetat, atque trahat per cœnum dedecorosè.

Atque tuo damno lætabundus remoretur;
 Et te iracundè peracutis unguibus icat.
 Confixis alis, multo læssusque furore,
 Sæpiùs insanâ rabie jaciaris in altum.
 Impius atque tuis puer his clamoribus adstet;
 Convocet æquales omni pietate carentes,
 (Qui fermè ingenitâ feritate animantia vexant,
 Donec eos ætas faciat matura benignos)
 Gaudens occurrat puerilis bellica turba,
 Infensa, ad damnum faciendum nempè parata,
 Atque tuo strictum nodum jam gutturi adaptent.
 Cùmque tuas voces exaudiat impia turba,
 Rugitu ingenti conclament: jens maledictum!
 Dæmonis iconium pueri te denique credant,
 Ac fœdis repleant, te dedecorentque salivis.
 Mox per pelliculas alarum nempe tuarum
 Clavis affixus maneat in poste, ubi fias
 Cunctis ludibrium. Pueri tunc lumina rostro
 Porro tuo ponant: dotati pectore duro,
 Gestibus, atque tuis perversis actibus, atque
 Motibus irridere queant; at questibus atris
 Respondere velint derisibus, atque cachinnis.
 Tunc multo lapide armati, telisque parati,
 Cum cultris chalybis, multo vel acumine ferri
 Cumque feris clavis, muniti fustibus omnes,
 Cum crudis stimulis (festivo dramate fessi)
 Te nimis audaces invadant impetu acerbo,
 Ac te interficiant breviterque, modoque cruento.
 Teque truces pueri dirè pungantque, secantque;
 Te quoque malleolo tundant, feriantque tenaces.
 Fragmine te imminuant minimo, quasi arena minuta.
 Ictu multiplici confossum, vulnere plenum,
 Amputet et resecet te dura novacula eorum.
 Abscendant rabie pueri tua membra feroci;
 In frustra innumera immanis te dividat ensis;
 Turbaque te jugulet, decolletque impia prorsus.

Postmodo te exorient, miserè findantque, premantque;
Teque nimis macerent, siggillent, annihilentque.
Te malè confundant, cunctum perdantque per ævum.
—Tunc anus, innumera dotata superstitione,
Et novitatis amans, mysteria rara videndi
Anxia, gossypium madefactans ipsa cruore
Nempè tuo, verbis maledictis concremet igne,
Ut nigros colubros volitare per aëra cernat,
Sivè aliud monstrum, vel multa perhorrida spectra.
Denatum demùm puerorum turba severa,
Jubila significans, risoria cantica pangens,
Et binâ serie, in foveam jam te efferat effrons.
Quidam fingentes ululatus præficæ amaros,
Stercus ad immundum lætanter funera ducant.
Sordibus in mediis fodiatur fossa profunda,
In qua permaneas homini despectus in ævum.
Denique ut historiæ nequeat per sæcula textus
Herclè tuæ infandæ sine magno horrore perire,
Ista super lapides epithaphia cruda legantur.





Epitaphium.



Hic jacet infidus fur Vespertillio pravus,
Qui horrorem Soli dedit, ipse diemque fugavit.
Traditus in manibus puerûm pietate carentûm,
Magnam perfidiam crudeli morte rependit.
Siste, viator, iter, rigido dùm marmore in isto
Hæc maledicta legas: «Veniant mala tanta latroni,
Talia qui Myrtæ formosæ damna pararit.»





Clamor Almogavarum. ⁽¹⁾



Exuge! Sono emisso conjungimur arma gerentes.
Dux! nos ad bellum perduc. Tolerabimus æquo
Languores animo, nimbos, æstumque, nivesque.
Nos in humo durâ, somnus si urgebit, habemus
Lectum. Si atra fames, crudis epulabimur extis.
Clamores hostis sunt nobis vota, precesque.
Tædæ sacratæ nobis sunt oppida adusta.
Ossibus, in tumulis, nobis remove placebit
Humanos cineres. Sudores ora rigantes,
Atque pedum limum siccabimus igne pyrarum.
Si implacata sitis labra adurit, sanguine multo
Hæc sitis, haud dubium, poterit lenita manere.



CHORUS.



Ferrum, citò expergiscere:
Eamus, instar fulminis
Volemus, almogavares,
Ad castra verè hostilia.

(1) Versión latina de la soberbia oda catalana del eminente poeta y académico Excmo. Sr. D. Victor Balaguer, Ministro de Ultramar.

Qui primus illò accurrerit,
Dives redibit ocyùs.
Jam cædis, atque sanguinis
Fiamus omnes ebrii....!
Volemus ¡oh! nam belluæ
Fame premuntur horrida.



II

Protinùs ite foras, quiqui in penetralibus estis,
Sursùm, sopiti. Tuque expergiscere, ferrum.
At verò e somno sponsas nolite levare;
Fas nobis tantùm requiescere pace sepulchri:
Sola securis erit cara almogavaris uxor.
Cùm vix a longè corvi nos cedere cernunt,
Rostra brevi exacuunt. Quandò nos eminùs esse
Gens videt, apportat jam ligna focusque pyrisque.
¡Oh bellum bellum, nimium vastatio pulchra!
¡Nulla est in toto jucundior orbe voluptas!
Strages, ac exterminium, mors, sanguis, et ignis!
¿Jubila quod pectus, fuerit si fortè virile,
Abnuat, inprimis cùm ludis talibus adsit?
Euge feri heroes! ¿Est nùm vespillo paratus?



CHORUS.

Ferrum, citò expergiscere:
Eamus instar fulminis;
Volemus, almogavares,
Ad castra verè hostilia.
Qui primus illò accurrerit,
Dives redibit ocyùs.

Jam cædis, atque sanguinis
Fiamus omnes ebrii.
Volemus ¡oh! nam belluæ
Fame premuntur horridâ.



III

Læta Ceres vallis cadet, et ruet arbor amœna;
Palmes vel frutices radicitus usquè revulsæ
Ipsa ruet cedrus, nostris gradibusque lababit.
Heroes, agedùm, nullum fas parcere belli:
Cunctos, vel pueros cæcè, rabideque ferite.
Angeli in æthereum redeant lætanter Olympum.
¿Quid facimus tanto sistentes tempore? Nigri
Expectant corvi; volitantes tristi in eremo,
Rostra, oculosque parant, ut rubro in sanguine figant.
Linquite nempè Lares, pariter linquendo Penates;
Atque domûs vestræ lenes contemnite voces,
Fortia non possunt clamores corda ciere,
Sicut et haudquaquam campi rumore procellæ,
Jam natura dedit nimis almogavari acerbo,
Ut frustum ferri verè pro corde teneret.



CHORUS.

Ferrum, citò expergiscere,
Eamus instar fulminis;
Volemus, almogavares,
Ad castra verè hostilia.
Qui primus illò accurrerit

Dives redibit ocyùs.
 Jam cædis, atque sanguinis
 Fiamus omnes ebrii.
 Volemus ¡oh! nam belluæ
 Fame premuntur horridâ.



IV

Dulce monile meum! jucunda, et fida securis!
 Tu dumtaxat eris magno Almogavari amica.
 ¡Oh regina mea! ¡Oh mitis rhomphæa fidelis!
 Gaude, namque hodiè lætè connubia nostra
 Sunt celebranda. Ambo de ferro nascimur herclè!
 Te in toto mundo solummodò prorsùs adoro!
 Tu meus altus amor, prædulce es pignus amoris!
 Nempè tibi soli conjungi ex corde cupisco.
 ¿Exaudisne? Tubæ resonat jam clamor. Eamus,
 Nuptiæ ut in campo nostræ celebrentur in ævum.
 Ipsa acies erit et nobis altare sacratum;
 Flamen erit mors. In fidei nunc pignora juro
 Me donaturum tibi pro genialibus arrhis,
 Utque inter latices possis pro vasculo habere
 Majoris cranium vel formidabilis hostis,
 Qui forti in luctâ perimatur morte decorâ.



CHORUS.

Ferrum, citò expergiscere:
 Eamus, instar fulminis;
 Volemus, almogavares,

Ad castra verè hostilia.
Qui primus illò accurrerit,
Dives redibit ocyùs.
Jam cædis, atque sanguinis
Fiamus omnes ebrii.
Volemus jheu! nam belluæ
Fame premuntur horridâ.






EXCMO. DOMINO,
MARCHIONI DE PIDAL

AMPLISSIMO VIRO,
AC MERITISSIMO ACADÊMICO.

Marchio præcellens, sapiens sermonis iberi
Excultor, qui etiam latium, dulcedine plenum.
Excolis apprimè: critici sinè nomine quidam
In nullam linguam transduci posse adamussim
Cervantis magnum pridem asseruere Poema (1)
Talia jactantes latium nescire videntur
Ditem sermonem, qui est verè idioma deorum.
Namque quibus salibus quonamve lepore latinus
Sermo carere potest, tanto modulamine pollens?
Linguane, qua Plantus, lepidusque Terentius olim
Sunt usi, forsàm salibus, verbisque facetis
Prorsus egere valet? Si linguæ, utquique recentes
Verè acceperunt a linguâ matre lepores,
Quomodò non caperet *Maxillum* sermo latinus?
Lingua latina parem minimè dignoscit in orbe;
Verba perapposita omnimodis nam sortibus offert.
Quapropter, quamvis pauper philotechnus ubique
Nosciter, ecce tibi propono, Marchio docte,
Futile, quippe meum specimen, sed ritè probandum,

(1) El gran poema «D. Quijote de la Mancha» del inmortal Cervantes.

Quò benè perspicias MICHAEM (1) perbenè fantem,
Atque phrases Equitis MAXILLI nempè severas, (2)
Et nugas FAMULI (3) cum simplicitate venustâ.
Ats videas, quæso, perspectis omnibus unum:
Nempè: tuum servum tenero te prosequi amore,
Teque, tuosque suo servare in pectore fido.



-
- (1) Miguel de Cervantes Saavedra.
(2) El Caballero Hidalgo D. Quijote.
(3) El Escudero Sancho Panza.



AMPLISSIMO VIRO,
MARCHIONI DE PIDAL



NUPTIÆ CAMACHII. ⁽¹⁾

Vix sierat fulgens Aurora, ut in æthere Phœbus
Mitteret ardentes radios, quibus ipse comarum
Gemmas siccaret liquidas, nitidasque suarum,
Cum generosus Eques (2), relevans sua membra pigrore,
Stans, vocat et famulum (3) somno qui stertit in imo.
Cui benè sopito, pressoque quiete profundâ,
Sic ait: «Oh felix, oh terque quaterque beate,
Prosperior verè cunctis mortalibus orbis!
Nemini es invisus; neque tu potes invidus esse.
Tranquillo dormis animo, nimumque sereno.
Non incantati te, vel cantamina vexant.
Tu dormis, inquam; dormis, iterumque redicam,
Quominùs ipse tuæ dominæ accendaris amore,
Vel zelotypiæ urantur tua viscera in igne.
Debita solvendi minimè te torquet imago:
Non hucusque tibi fuit ulla domestica cura,
Nec tibi, vel domui vestem conquiris et escam.
Te nequit ambitio, vel mundi pompa ciere;
Nil cupis, aut quæris, nisi reddere pabula asello;

(1) Versiõn del inmortal Cervantes.

(2) El Caballero Hidalgo D. Quijote de la Mancha.

(3) El escudero Sancho Panza.

Namque meis humeris impendent cætera cuncta;
 Pondera quæ dominis mos et natura dederunt.
 Promptus herus vigilat, servum capiente sopore,
 Quomodò eum faciat meditans sinè fraude beatum.
 Quomodò ei victum vel præmia sit pariturus.
 Si cælum terris roris benefacta negarit,
 Ænea vel nubes humorem non ferat agris,
 Non mœror famulum, sed herum contristat et angit,
 Nam debet dominus succurrere rebus in arctis
 Servis, qui fuerant famulati sorte beatâ.»
 Ad quod nil equidem respondit Sanctius ipse,
 Nam sopitus erat: qui nonnisi acumine conti
 Clari Equitis fuerit verè experrectus, in altum
 Perstaret somnum. Consurgens denique lentè,
 Et caput exagitans, oculosque utroquè movendo,
 Somniculosus adhuc, dixit: «Ni fallor ab istâ
 Parte meas venit ad nares odor optimus assi,
 Vel petasonis olor, potiùs quàm aroma thymorum.
 Nuptiæ ab hoc placido incipientes herculè odore,
 Indubitanter erunt generosæ, et valdè opulentæ.»
 Tunc gravis inquit Eques: «Propera, rudis helluo, perge;
 Protinùs ire decet connubia ad ista, ut ibidem
 Cernere, quid faciat contemptus vir (1), valeamus.»
 Is quæcumque velit faciat, tunc Sanctius inquit;
 Non adeò pauper foret, uxoremque teneret
 Pulchram Quiteriam. ¿Numquid miser esse licebit,
 Ut quidam possit super æthera nubere? Egenus
 Parvo, sic opinor, contentus vivere debet,
 Quominùs alta petat. Locuplex Camachius auri,
 (Audeo certare, et brachium pro pignore pono)
 Totum Basilium metallo involvit in almo.
 Omnibus ista patent; ideo; quàm stulta puella
 Esset, et insana, et vecors, si temnere sponsi
 Munera nitatur, pretiosa monilia linquens

(1) Basilio.

Pro bonâ imagine Basilii, tam pauperis, inquam,
 Quamvis sit magnus jaculator vectis, et ensis.
 Jactibus hisce bonis, vel pulchris sortibus gannè
 In multis vinum suescit dare caupo tabernis?
 Gratia, dexteritas, solertia, acumina mentis,
 Quæ non argento venduntur fortè vel auro,
 Sint Comiti Dirlo. Sed cùm lepor atque venustas
 In ditem recidunt, opibus qui prorsus abundat,
 Sic mea vita utinam foret, ut formosa videntur.
 Rupe super firmâ fundatur maxima turris;
 Cæmentum validum, solidumque pecunia præstat.»
 Tunc Generosus ait: «Sancti, per numina cœli
 Sermone fini; sileas exopto, parumper;
 Nam nisi frænatur paulum tua lingua, nec uno
 Temporis uteris momento ad munia vitæ:
 Omne tibi tempus blaterando parcius esset.»
 —Sanctius at dixit: «Si nunc Dominatio vestra
 Forte memor fuerit pacti cum limite facti
 Quod nos pepigimus reverentes ante Penates
 Paulò ante egressum, sciret me nulla tacere
 Cogi, dum verear vestrum nomenque decusque,
 Vel non officiam maledictis proximo amando.
 Non tamen usque hodie pactum per me violavi.»
 Tunc respondit Eques: «Sancti, non ulla recordor
 Verba vel acta tua ad nostrum spectantia pactum;
 Sed re suppositâ, jubeo te plura silere,
 Atque venire statim, namque instrumenta sonora
 Quæ lætanter heri placidèque audivimus ambo,
 Jam resonant iterum, valles hilarando feraces.
 Nuptiæ at indubiè jam non celebrantur in æstum,
 Sed per manè novum, vel cùm, Titane recente,
 Aura refrigescit, redolent et aromate flores.»
 Sanctius obsequitur, et equum sternendo, et asellum,
 Per medias silvas, equitantes, tendit uterque.
 Sanctius ante oculos primum prospexerat ulmum,
 Veru formatam, summo molimine sectam,

Enormique super lignorum monte, juvencum
 Ulmo transfixum, permagno corpore, pinguem,
 Quem focus immensus per gyrum lambit, et assat;
 Hic rogos ambitur senis ingentibus ollis,
 Dolia quæ potiùs longa ac immensa videntur;
 E quibus una capit vel totum quæque macellum,
 In quibus arietes, quasi pulli nempè columbæ
 Huc illuc fervent, quin conspiciantur in ipsis.
 Indici ab arboribus pendentes jam sinè plumâ
 Galli, et gallinæ, et lepores sine pelle redundant,
 Atque parata manent, ut demergantur in ollis,
 Passer in aucupiis numeroque ingente prehensus,
 Quamplures alitum species quæ ex arbore pendent,
 Ut citò frigescant, apparent cuncta parata.
 Sanctius ipse meri tercentum computat utres;
 Tùm quoquè panis erat pretiosi magnus acervus
 Ut solet in patris fœni mons, maximus esse.
 Caseus, ut laterum moles, vel murus, abundat:
 Cacabus est ingens geminus, repletus olivo,
 Quò massæ fiant magno in sartagine fixæ,
 Quæ mox detractæ binâ cum vecte valente
 Dolio in immenso merguntur melle profuso.
 Centum coctores, coculæ, servique culinæ,
 Limpidi, et induti assistebant vestibis albis.
 Ventre sub extenso vituli quoque sunt duodeni
 Lactentes porci, suturâ ventre subacti,
 Ut faciant adipe et succo tenerescere taurum.
 Hic varii generis sunt plurima aromata lecta,
 Pondere quæ ingenti magnâ exponuntur in arcâ.
 Rustica cumprimis epularum pompa videtur;
 Attamen hîc posset reperire exercitus escam.
 Sanctius omne videns, summo meditatur amore:
 Cor ejus cupidum primò movère repentè
 Enormes ollæ, e quibus ipse comesse libenter
 Non paucum vellet: mox jam desiderat utres.
 Denique jam massas cupit in sartagine fixas,

(Nomine si tali est ingens caldaria digna).
 Postmodò sollicitus, famis atque rigore coactus,
 Cumvè suo impulsu jam jamque resistere posset,
 Accedens reverens, coctore requirit ab uno,
 Nùm sibi concedi possit repetita facultas,
 Ut panis frustum magnâ madefactet in ollâ.
 Coctor respondit: «Frater, super hisce diebus
 Nulla fames tenet imperium, vel jus ditionis.
 Unam, sivè duas gallinas absque timore
 Despumare potes: dives CAMACHIUS offert
 Omnibus has epulas hodiè venientibus istâc.
 Protinùs ex asino descende et sedulus istic
 Quærito tudiculam.»—Non cerno. Sanctius inquit.
 «Expectato parùm, cocus ipse adjunxit eidem:
 ¡Quam levis est verè, et permollis homunculus iste!»
 Talia tunc dicens, non parvum cepit ahenum,
 Ac ipsum mittens magnam celeranter in ollam,
 Cum tribus anseribus binas eduxit ab ipsâ
 Gallinas. Et subjungens, hanc accipe spumam
 Verè formosam: jenta et saturator, amice.»
 —Pelvim non habeo, in quâ ponam, Sanctius inquit.
 —Fer, cocus adjunxit, totum cochleare et ahenum,
 Nam benè divitiæ sponsi dispendia supplent.
 —Anxius interea dominus Maxillus ibidem
 Ex illâ nemoris parte adventare videbat
 Dites agricolas duodenos, pulchrè equitantes
 Prorsùs equas super insignes, phalerisque paratas,
 Pallis ornatas, multis sistrisque sonoris,
 Omnes indutos geniali veste venustâ,
 Qui certa serie turmatim sæpè per agrum
 Currebant hilares, et lætâ voce caneant;
 ¡Vivat per multos locuplex Camachius annos!
 ¡Vivat Quiteria, oh, cuncti pulcherrima mundi...!!
 Talibus auditis dominus Maxillus apud se
 Dixit: «nempè patet petulantes, prorsùs agrastes,
 Non equitesque, meam Dominam non nosse Tobosi;

Nam si ipsam priùs aspexissent, non ita tantis
 Laudibus efferrent sponsam, cui cantica sacrant. »
 Protinùs adveniunt diversâ ex parte choreæ
 Multæ, et multiplices, in quæ supereminet una,
 Ensibus instructa, et spatharum nomine dicta,
 Quam ferè triginta juvenes cum vestibis albis,
 Et pannis nitidis, et versicoloribus, almîs,
 Et pulchrâ facie, componunt robore pleni.
 Qui ducebat eos, qui erat insignitus ephebus,
 Inquisitus utrûm quisquam de gente choreæ
 Forte feriretur, « ¡Divus laudetur in ævum! »
 Dixit, et ipse negat nonnullos vulnera habere;
 Sed cunctos ire incolumes. Tunc dux coryphæus,
 Cum plerisque suis sociis sic talibus artis
 Actibus instructi, se et dexteritate gerebant,
 Ut, quamvis dominus Maxillus sæpè videret,
 Hæc tamen imprimis sibi pulchra chorea placeret.
 Sic etiam placuit similis speciosa chorea,
 E nimium pulchris solis formata puellis,
 Bellè vestitis viridi plerumque colore,
 Atque comis partim nexis partimque solutis,
 Omnibus at vero nitidis, et tam rubicundis,
 Ut benè cum solis possent certare capillis.
 Et super hasce comas rutilum diadema ferebant
 Nempè rosis textum, jasmino et pulchro amarantho.
 Dux erat ipsarum vetulus venerandus, et unâ
 Dulcis anus, gravis, insignis, matrona severa;
 Ambo magis celeres, sua quam permetteret ætas.
 Porro sonus tibîæ jucundat dulciter omnes;
 Quæ castis oculis pariter pedibusque citatis,
 Optimæ in orbe nimis saltantes esse videntur.
 Postmodò pervenit spectanda chorea « loquuta »
 Quæ binâ serie, et nymphis genialibus octo
 Est benè formata: alterius dux ipse Cupido;
 Alterius QUÆSTUS; sed primus præditus alis,
 Atque feris jaculis: perpulchrâ veste secundus.

Nymphæ autem lepidæ, quæ consecretantur Amorem,
 Nomina scripta ferunt post terga in grammate magno.
 Prima tenet nomen, clarum titulumque POESIS;
 Ritè secunda suo PRUDENTIA nomine gaudet;
 Nobilis ipsa suum STIRPS monstrat nomen amandum.
 Quarta erat et VIRTUS animi, seu robur in ipso.
 Nempè modo simili signatæ nomine nymphæ
 Ibant, quæ Quæstum submisso corde sequuntur.
 Prima suum titulum fert MUNIFICENTIA magnum.
 Alterius nomen LARGITIO scribitur amplum.
 Tertia GAZA nitet: cedit POSSESSIO quarta.
 Omnibus his ligni castellum enorme præibat.
 A quatuor servis verè silvestribus actum
 Vestitis hederâ, viridi vel cannabe opertis:
 Ad quorum vultum tremuit propè Sanctius ipse.
 Omnibus in quadris castelli hoc lemma notatur:
 «OPTIMÆ HONESTATIS CASTELLUM.» Dulcia tandem
 Tympana cum tibiis cum dexteritate canebant
 Selecti quatuor juvenes: Tunc ipse Cupido
 Bis ferè tripudians, oculosque levando, sagittam
 Immisit juveni castelli in vertice stanti,
 Cui versus tenerè et lætanter dirigit istos:

Sum divus altus, præpotens
 Tellure in imâ, in aëre,
 In æquore, et in tartaro:
 Expers ego formidinis,
 Sicut volo, sic polleo.
 Quamvis inextricabile
 Requiro, et opto sæpius
 In omnibus quæ consequor,
 Juxta meam potentiam
 Pono, resisto, et ordino.

Carmine finito, jaculans in culmina castri
 Telum, confestim cessit, linquendo choream.
 Exiit in medium Quæstus, qui saltibus actis
 Binis, hos cecinit, reticente tibicine, versus:

Amore sum valentior,
 Ipsumque semper prosequor.
 De stirpe nobilissimā
 Procedo, prae potentiis,
 Quas terra fert vel æthera.
 Sum QUÆSTUS, in quo pauculi
 Bonum solent rependere:
 Et absque me, miraculum
 Foret patrari commodum.
 Tibi integrum me conseero,
 Ut sum, per omne sæculum.

Secessit QUÆSTUS, jam procedente POËSI,
 Quæ binos faciens saltus de more facetos,
 Castrique in dominam defigens lumina, dixit:

Dulcissimis conceptibus
 Doctis, profundis, seriis,
 Poësis alma, et inclyta
 Cor involutum carmine
 Tibi remittit, oh Hera,
 Si fortè decertatio
 Te nostra non offenderit,
 Sortem tuam beabilem,
 Et æmulatam plurimis
 Levabo ad alta sidera.

Alma Poësis abit. Tunc MUNIFICENTIA binis
 Saltibus expletis, recitat sua carmina lætè:

Honesta LIBERALITAS,
 Virtus vocatur eminens;
 Nam sordidos vel prodigos
 Castigat æquè, et corrigit,
 Ego tamen desiderans
 Te ad astra valdè extollere,
 Ero libenter prodiga;
 Nam turpe non est vitium
 Humana prodigalitas,
 Quæ in capto amore pectore

Sedem tenet, vel panditur

Multo explicata munere.

Mimica sic turba, eggre diens ab utraque cohorte,
 Discessit postquam saltarunt quæque vicissim,
 Atque suos hymnos cecinerunt quæque seorsum,
 Proque suo ingenio recitarunt carmina multa.
 Quorum Clarus Eques jam dicta in mente reponit:
 (Magnum mnemosynum vere Maxillus habebat)
 Postea miscentur variè, nexusque resolvunt,
 Cùm lætis salibus, multoque lepore venusto.
 At cùm pro castro transibat fortè Cupido,
 Tela super pinnam lepidè jaciebat in altum;
 Dùm Quæstus tantum capsellas rumperet auri.
 Post longos saltus eduxit denique Quæstus
 Magnam felinâ factam de pelle crumenam,
 Nummis repletam, quam castrum jecit in altum,
 Cujus et enormi tabulæ rumpuntur ab ictu,
 Atque cadunt strepitu, dum virgo obnoxia mansit,
 Et sinè præsidio, ac omni tutamine nuda.
 Tunc citò cum propriis Quæstus veniendo figuris,
 Virginis ipse humerum vinco circumdedit auri,
 Hoc pacto, ut secum captivam duceret ipsam.
 Quo viso, assurgunt AMOR, ejusque inclyta turma,
 Tollere qui apprime simulabant gestibus illam.
 Saltus, vel sortes comitabant timpana læta.
 Pacificatores, silvestres protinùs adsunt,
 Qui citiùs dicto rixam componere adepti,
 Et tigna, et tabulas castelli tum repararunt.
 Quo facto, ingreditur tunc virgo denuò in Arcem;
 Et finem tenuit magna cum laude Choreia.
 Tunc Generosus Eques nympharum quærit ab unâ,
 Quisnam ludi hujus fuerit moderator, et auctor?
 Nympha Capellanum dixit formasse choream,
 Qui miro ingenio ludos excogitat istos.
 —Ad quod Maxillus dominus respondit acutè:
 «Assero securè quod bacchalaureus iste


Divitis in partes majore trahatur amore,
 Quàm tristic Basilî: atque opinor, quod clericus ipse
 Argutam meliùs satyram, quam Vespera noscat.
 Rectè in multiplici introduxit sorte choreâ
 Divitias primi cum dexteritate secundi.»
 Sanctius auscultans hæc argumenta, profatur:
 «*Rex meus est gallus.*» «Superat Camachius omnes;
 Ac ipsum semper præ cunctis præfero.» Tandem
 Inquit Eques: «Sancti, vilissimus esse videris
 Inter clamantes: ¡Vivat qui vincere possit!»
 Sanctius ad Dominum responsum dirigit istud:
 «Nescio de quibus, aut verè de qualibus hercè,
 Partibus exierim; sed credo e pauperis ollis
 Numquam Basilii spumas me educere posse,
 Qualiter hos gallos, quos jam mihi mandere fas est,
 Quosque hausi nuper de immensis Divitis ollis.
 Talia cùm dicit, gallinam suscipit assam,
 Quam lætus comedens placidè multoque sapore,
 Addit: «*Basilii per magnam dexteritatem
 Dejero te tantum, quantum potes ipse valere;*
 »*Teque valere magis si possis plura tenere.*
 »Sunt duo dumtaxat genera in toto orbe virorum;
 »Dites, ac inopes, non ampliùs. Hoc mea quondam
 »Avia dicebat, quæ opulentos ipsa colebat.
 »Nunc laudes potius mundus locupletibus offert,
 »Quàm plerisque viris, hi quamvis sint sapientes.
 »Pulchrior apparet gazis coopertus asellus,
 »Quàm præstans equus; ac ideo quoque præfero ditem,
 »E cujus plenis ollis has conféro spumas,
 »Gallinas, lepores, cum pullis, anseribusque.
 »Basilii cassis quid deducetur ab ollis.?»
 —Tunc eques: «Oh! quando, Sancti, finire placebit?»
 Ac inquit famulus: «si sermo displicet iste,
 Sufficit; ats aliàs, telam sine termino haberem.»
 «¡Oh, Deus, ut faxit sospes te cernere mutum
 Possim! tunc dixit Dominus Maxillus amarè.»

Ac addit famulus: Si mens non fallitur, atque
 Pro vitâ tristi, et miserâ quam duco, priusquam
 Vos Deus e vivis attollat ad æthera summa,
 Jam limum comedam, nec verbum proloquar ullum,
 Usque ad iudicium postremum.» Tunc Eques inquit;
 »Quamvis hoc fiat nequaquam, nescie Sancti,
 »Quod nunc conticeas, æquabit verba relata,
 »Si minus adjicias numerosa profata futura.
 »Prætereà, ut ratio dictat, mea lumina claudam
 »Nempè priùs multo, quàm tangas ipse senectam;
 »Quamquàm sopitus, vel potans sis ferè semper.»
 —; Oh here mi domine! hauquaquam confidere in atrâ
 Debemus parcâ, rabidè quæ devorat agnum,
 Sicut ovem veterem. Parochus meus ista profatur:
 »Pallida mors æquè regum palatia pulsat,
 »Atque casas humiles inopum, magalia nuda.
 »Grandior est *dominæ* (1) super orbem dira potestas
 »Quam virtus ejus. Non ipsam nausea torquet:
 »Fota caro placet; humanâ convalescitur escâ:
 »Appetit omne genus, quacumque ætate et honore.
 »Est messor numquam capiens post prandia somnum;
 »Sedula nâm vigilat semper, semperque laborat.
 »Falce herbas virides, et siccas cædit eâdem:
 »Mandere non suescit, sed glutit gutture pleno,
 »Ac numquam potuit saturari carne recente;
 »Dura fames ejus vincit terrore caninam.
 »Quamvis ventre caret, sitit ac hidrope laborat,
 »Nam cunctas cuperet vitas sub sole potare,
 »Tamquam si biberet frigentis vasa liquoris.»
 Tunc Eques: oh Sancti, sileas per numina quæso:
 Prospice, ne pecces; sed verè rustica verba,
 Quæ de morte nigrâ tanto fervore profaris,
 Ipsis non cedunt, quæ dicit in Æde Sacerdos.
 Assero nempe tibi, si quomodò et indole rectâ

(1) Llama Sancho «señora» á la muerte.

Uteris, ingenio pariter gaudere valeres,
 Pulpita debere in dextrâ te semper habere,
 Ireque per mundum, dicentem verba venusta.
 —Sanctius hæc fatur: «Qui sanctè et perbenè vivit,
 Prædicat ipse bene. Etsi egomet res nescio summas.
 —Non opus est equidem; Sancti, tu quemque lacertum
 Ipse timere soles præcelsi Cœlitis Olympi.
 Si timor ingenuus Domini est sapientia summa,
 Quomodo tanta sapis, Divi ignorando timorem?
 Respondet famulus: «Dominatio Vestra libenter
 Judicet in gravibus monitis equitumque severis;
 Non autem vitiis, vel de virtutibus ausit,
 Quæ minimè spectant ad munia gentis equestris.
 Certè egomet soleo Divum revereri et amare,
 Tamquàm quisque alius. Dominatio Vestra comesse
 Me sinat has spumas; nam cætera verba supersunt,
 De quibus extremam rationem ferre tenemur.
 Hæc dicens, iterum vi tantâ cepit ahenum,
 Ut stimulare gulam Domini quoque consequeretur,
 Ni fortè obstiterit quod fusè dicitur ultra,





AD ALEXANDRUM

DE PIDAL ET MON.

ODE.

Inclyte Alexander, quisnam foret alter Apelles,
Qui apprime Herois pingeret effigiem?
Quisnam plectripotens aliàs foret alter Homerus,
Qui dulci caneret pectine gesta tua?
Heu! humana lyra est prorsùs vel inepta, vel impar,
Nomen ut ipsa tuum pangere possit ovans.
Ferreus est calamus sterilis, sine viribus ullis,
Ac impos tantum concelebrare virum.
Nominis ipse tui famâ in juvenilibus annis
Implebas orbem. Præmia Gymnasiis
Ex cunctis victor nanciscebaris abundè.
Nil puerili tuum dictitat historia,
Semper in ore tuo genii scintilla refulxit;
Ætate in tenerâ vir reputatus eras.
Laurea sarta tibi, splendenti in flore juventæ
Prodiga multiplici sorte Minerva dedit.
Tunc benè scripsisti, ac adamussim de Angelo Aquini,
Et de ejus sæclo plausibus innumeris.
Jam tunc in primis scriptoribus ipse nitebas,
Sicut sideribus sol nitet in rutilis.

Jam ferè portentum cognoscebaris in orbe,
 Cunctaque replebat nomen ubique tuum.
 Quando ad Comitium, summâ cum laude vocatus,
 Primò accessisti, speque fideque nitens,
 ¶ Quanta fluentia tuis ex labris aurea abibant!
 Oh, quantas logicæ mens tua prompsit opes!
 Quantos thesauros ditis dialecticæ in unguem
 Perbenè monstrasti, miles ut arma sua!
 Quantas divitias in linguæ cuspide habebas!
 Quot dona ingenii, phanthasiæque simul.
 Vox tua cùm sonuit Legum in laquearibus Ædis,
 Omnibus omnino grata, placensque fuit.
 Mox prior in primis Procuratoribus amplis
 Plausibus immodicis jam celebratus eras;
 Jura Dei et patriæ firmâ tunc voce tuendo,
 Immensas laudes excipis absque morâ.
 Scandere cùm licuit fastigia ad alta palæstræ,
 Te centum cecinit prodiga Fama tubis;
 Munia tunc tribuit populus tibi summa Tribuni,
 Ut sanctas causas, ut Fecialis, agas.
 Jam novus es Cicero, vocem qui in Coetibus altam
 Pro patriæ immunis prosperitatè levas.
 Tu verè exæquas dotes Demosthenis amplas:
 Insignes meritis vincis ubique viros.
 Sic latium perhibes pectus, mentemque pelasgam.
 ¶ De te quis potiùs dicere plura potest?
 Ægide prætereà Fidei contextus es almæ;
 Et disciplinis uteris ipse sacris.
 Te brachiis teneris Academia dulcè recepit...
 ¶ Quis tibi non reseret limina Coetus hians?
 Quando potestatis tetigisti culmina summa,
 ¶ Quanta dabas patriæ providus ampla bona!
 Per te dispositus tunc floruit ordo Scholarum
 Juxta altam normam Legis evangelicæ.
 Per te splendescens Ecclesia libera Christi
 Doctrinæ incepit fræna tenere piæ.

Per te quarumdam legum putredine pulsa,
 Jure thesim petiit nobilis Hesperia.
 Per te felicem patriam perspexerat Astur;
 Per te tunc populus prosper iberus erat.
 Ipse thesim puram forti luctamine quærens,
 Juribus æternis robora magna dabas.
 Unio Catholica, ut nimium venerabile donum,
 Propugnata fuit voce potente tuâ.
 Unicus hic cultus, divinâ lege probatus,
 Fervida promeruit vota tenere tua.
 Tunc benè de patriâ meruisti, nobilis heros.
 Tunc quoque de cœlo te meruisse liquet.
 Ipse graves mores populi, spectabilis olim,
 Restaurare cupis dexteritate piâ.
 Ipse facultates animi, viresque tenaces,
 Et quidquid superest roboris ingenio,
 Divinæ adscribis causæ, supér omne colendæ,
 Et cunctas laudes dirigis ipse Deo.
 Nunc quoque, ut amoveas de hispanis finibus ausum,
 Quod claris oculis conspicias esse malum,
 ¶ Quanti thesauri doctrinæ, quanta fluenta
 Nectaris et mellis nuper ab ore tuo
 Limpida fluxerunt! ¶ Malesanum, triste tribunal,
 Quod malè ab ignaris fis ferè judicibus!
 ¶ Quid tibi laudis erit, quamvis in lege manebis?
 Post argumenta, et tanta profata benè,
 Post tantas sophiæ gazas, ratione probatas;
 Postquam vir sapiens ulcera fœda tua
 Detexit solers ¶ quænam gravitasque, decusque
 Te manet, etsi ultrâ robora juris agas?
 Omine funesto, JURATUM nomine dictum!
 ¶ Quæ tibi serietas intus inesse potest?
 Hæc verè populum patrare docebis iberum:
 «Temnere justitiam; non deamare Deum.»
 Civibus hispanis incommoda multa parabis:
 Talia virtuti retia prava feres.

Non patrii juris poteris remanere sub umbra,
Quamvis mox possis legis habere locum.
Qui vero e contrà colluctans mente serenâ,
Tete impugnavit, fortè superstes erit.
Optima posteritas capiens amplexibus alnum
Impugnatorem cuncta per æva canet.
Dulcis Alexander! Reverà posteritatis
Cantica suscipiet spiritus ipse tuus.
Attamen, ut redeas fastigia ad alta necessè,
Ut fiat justum denuò in Hesperîâ;
Ut nostra in patria statuatur firmiter ordo,
Et Regis solium robur habere queat.
Et certè advenies equidem, ni proditor hostis
Hispanum regnum deleat ipse priùs.
Ocyùs ut venias influxum postulo Olympi,
Omnesque hispani corde precamur idem.
Tunc tua dulce solum patriæ benefacta tenebit;
Pontus erit dives navibus undivagis.
Læta tuis gestis industria crescet ibera;
Tunc erit agricolis maxuma lætitia.
Tunc mercatores capient sine limite lucra;
Tunc ætas populis aurea denuò erit.
Denique sub Solii concrescent tegnime amæno
Artes ingenuæ, proficiusque labor.
Edere tunc etiam poterit sua carmina vates,
Qui res romanas artis amore colit.
Interea ut vivas cum digna Uxore beatus
Proleque magnificâ numina summa precor.





AD EMILLIAM. ⁽¹⁾

ODE.

Insignis mulier, sæclorum summa virago,
Cui Deus ingenium, corque virile dedit;
Fœmina præcellens, patriæ spectabile sidus,
Nominis hispani gloria, lux et honor:
Clarorum superans meritò bona gesta virorum,
Fœmineum sexum sidera ad alta levas.
Palladis affulges clamyde, et nimis ægide tecta;
Omneque perfectè scibile sola sapis.
Unica in Hesperia celebraris alumna Minervæ;
Unica nunc coleris grammate et arte potens.
Abdita cunctarum nosis mysteria rerum;
Tu verè es sophiæ gaza perampla nimis.
Viribus ingenii et molimine pectoris aucta,
Heroas æquas exuperasque viros.
Ipsa stylum capiens, auri fulgore nitentem,
Cœlica pertractans, ima superna facis.
Plagatus Seraphim (2) (potuit si crescere forsam)
Grandior ex calamo prodiit herclè tuo.
Scribere de ejusdem sæclo mirabile nacta,
Verum restauras, dogmata sana docens.

(1) La eminente escritora Doña Emilia Pardo Bazán.

(2) San Francisco de Asis.

Mox Benedictinum (1) scriptis extollis ad astra,
 Ac ipsi statuam corde in amante voves.
 Sanctos, atque sophos æquè peramanter honoras;
 Nam bona es, et sapiens, libera ab invidiâ.
 Nunc mentes hominum recreas cum fabulâ amcenâ,
 Atque bonos mores, lætificando, doces.
 Utile commentum sic delectabile fingis,
 Pectori ut humano jubila sancta feras.
 Præmia virtuti, vitiisque flagella rependens,
 Delicias cordis, lætitiâque paris.
 Multo cum studio PASCHALEM (2) mente creasti,
 Qui primas laudes protulit ipse tibi.
 Hocce opus ingenuum, reserans tibi limina cuncta,
 Postea sæpe tibi vim dedit, atque decus.
 Cùm tamen illud « Iter » (3) salibus, punctisque refertum,
 Edere tentaras, hercule ego timui!
 Casum nempè tuum, mulier celebranda, verebar;
 Et pro te flebam ductus amore pio.
 Nunc tua perspicitur pietas, et pulchra loquela,
 Atque mens mansit spiritus absque metu.
 Dogmata catholica asservas in corde reposta;
 Atque fidem sanctam mente et in ore tenes.
 Nam si naturæ documen nimis anxia quæras,
 Atque REALISMI freta sequere vias,
 Exemplis monstras ipso systemate fandi
 Divinas laudes perbenè posse cani.
 Postmodo phantasiæ partus fuit illa TRIBUNA,
 Quæ insanæ effigiem prodidit Hesperia.
 ¡Quam benè dignoscis vesanas plebis ideas,
 Quando sinè officiis omnia jura vocat!
 Postea perpulchram satyram cum lemmate Cygni (4)
 Adversus vulgum, nomine vatis hians,
 Impigra scripsisti. Meliùs non ullus in orbe


(1) El P. Feijóo. (2) Pascual López, novela. (3) Viaje de novios.
 (4) El Cisne de Vilamorta.

In vates potuit dicere plura malos.
Tùm DARVINISMI reprobas systema nefandum,
Quatenùs et nostram deprimit id speciem.
Fortè tamen siquid reperire scientia possit
Utile in his mendis, colligis, atque polis;
Namque in te residet genius mirabilis, almus,
Sordida qui expurgans, limpida cuncta facit.
Sedula cosmographis Darwini particulatim
Commendas operis fragmina, ut utilia.
Hoc non indubium, vel clarum omninò videtur,
Nam solus Dominus signa patrare valet.
Pessima non suescit convertere in optima Divus,
Quamvis de pravis possit habere bona.
Attamen ipse tuis monitis obstare repugno,
Nec tua fas opinor temnere judicia.
—PAZOS (1) exponens, equites depingis honestos,
Qui luxûs vitio corda subacta tenent:
Quos, priscos habitus, procerum moresque sequentes,
Irrisus vexat, pauperiesque premit.
Heu! PAZOS utinam, qui hâc in tellure redundant,
Mox benè moratos ipsa videre queas.
Heu! cives utinam, qui nostro in tempore repunt,
Quique suas vertunt absque dolore domos,
Ipsa tuis nitidis documentis prendere possis,
Dùm delecter ego, scripta legendo tua.
Nunc vero dicas mihi, quæso, magna virago!
Inter amazonides unica christicolas:
¿Quomodò scire potes, quid Russia sentiat ampla,
Quid faciat, quonam carmine gesta canat?
¿Quomodo fictorum (2) lepidis auctoribus ejus
Longinquæ gentis grata vacare vales?
¿Unde etiam mores, habitus, et grammata, et artes
Ejusdem populi noscere in ungue potes?

(1) Los Pazos de Ulloa, novela.

(2) Los novelistas rusos.

At vero quare tanta inspiramina miror?
Te dictatricem grammata jure vocant.
Miraculum mundi, præsignis et inclyta Doctrix;
Jam non demiror scripta stupenda tua.
Quantum scire sophi possunt sub tegmine cœli,
Tantum scire tibi, ac amplius herclè licet.
In te perpetuam fixit Sapiëntia sedem.
Te Deus apposuit sidus in orbe nitens.
Ultra in fœmineo minimè numerabere sexu;
Namque inter magnos, percelebresque viros,
Qui vel in historiâ, vel marmore et ære manebunt,
Fulgebit nomen cuncta per æva tuum.
At nunc, et sospes virtutum spargis aromâ,
Et sophia gaudes, atque timore Dei.
Toto ex corde tibi, pia fœmina, gratulor. Ista
Ingenuas laudes suscipe ab ore meo.
Pro te nunc igitur supplex expostulo ad aras,
Unumque a Divo corde precante peto;
Sicut in orbe nites fulgentis sideris instar,
Sic pia sis uxor, filia, et alma parens.
Itaque si, sospes, sapiens celebraris in orbe,
Postea tûm poteris perpete luce frui.





Ad præclarum Comitem de Guaqui.



ACROSTICHIS.

Candide Vir, grandis, venerabilis, et celebrande
Omnibus in celsis conspicuisque viris;
Mæcenas dulcis, generosus et inclytus extas,
Eximius, præstans, integer atque pius.
Sedulus imprimis reddens benefacta petenti,
Debili et auxilium fers inopique tuum.
Eggregius semper Magnatus, nobilis, amplus,
Grandibus, ipse præis, pauperibusque faves.
Unicus in cunctis procer es mihi semper amandus;
Ac memorandus eris posteritate piâ.
Quotquot erunt vitæ concessæ coelitus horæ,
Ut grates Domino pectore sospes agam,
Ipsas porro tibi pariter, dum vixero, reddam;
Ante tuos ideò carmina pono pedes,
Versibus atque meis erga te comprobo amorem,
Et tibi me totum consecro, amice bone.





Ad Victorem S. Capalleja



EPISTOLA.

Pristina dùm cupiam persolvere debita, amice;
Æreque cum careat nuda crumena mea;
Quid tibi retribuam pro tot tantisque receptis
De te muneribus magnificisque bonis?
Largius exolvam, reserando, pedestribus, arcam
Plenam pentametris, hexametrisque simul.
Nam tibi dùm liceat cum musis icere fœdus,
Altaque Parnassi scandere sacra juga;
Dùm pia cum lepidis commercia habere Camcenis
Te juvet, ac ipsas corde, animoque colas;
Carmina percipies tamquam sine fraude monetam;
Et licet indigeant lege vel arte bonâ;
Et si deficiant bonitas, aut pondera nummis,
Vel fœdas maculas ejus in ære notes;
Et quamvis nitido careat fulgore metallum,
Si *bustum* videas cætera nempè probas.
Permagnas grates tibi ago, mi dulcis amice,
Qui toties animum vis recreare meum,
Ipse tuo in capite ingentem fers bibliothecam;
Te sinè responso nemo rogare valet.
Omne quod Angelicus Doctor conscripserat olim,
Utpote theologus, vel sophus absque pari;
Quotquot et Hippocrates aphorismos tradidit ægris
Qui pressi ærumnis, atque dolore gemunt;
Quidquid quamplures nequeunt reperire periti,
Tu in mente, et linguæ cuspidè semper habes.

Attamen imprimis reCOLens idioma deorum, (1)
 Quod rhythmo, et numeris, atque lepore nitet,
 Artibus ingenuis studiosè sæpè vacando,
 Scandere cum paucis culmina summa potes.
 Cum paucis, inquam, sapientibus ire licebit,
 Si sit romano more necesse loqui!
 Oh lingua angelical oh cœlestis et inclyte sermo!
 Quomodo de hesperio limite mutus abis!
 Prisci grammatici, qui dogmata pauca ferebant.
 Sæpè sophos patriæ perpete laude dabant.
 Nunc cùm tot methodi a tantis auctoribus amplis
 Dantur gymnasiis omnibus Hesperiae,
 Limpida Virgilii, quæ heroas concinit almos,
 In libris veteris mortua, lingua, jacet.
 —Tempore Varronis fortasse vocabula bina (2)
 In lingua latiâ quiverat ipse loqui.
 Magnus Aristoteles doctrinam fixit eandem:
 Nomen cum *verbo*, nil aliudque magis.
 Postea nempe Dion ipsis adjecerat unum;
 Essequæ non plura is firmiter asseruit.
 Tres apud hebreos partes sunt herclè loquelæ,
 Ac arabes totidem ritè docere solent.
 Talia Brocensis documenta fuisse videntur,
 Qui *nomen*, *verbum* *particulasque* monet.
 Attamen antiqui cum nostro Quintiliano,
 Ac hodierni etiam, cogniti in orbe sophi,
 Denas jam partes dicunt, aut ampliùs esse
 Quas oratio habet. Cum bene progredimur!
 Ats hoc progressu, tanto systemate acuto,
 Tot normis, tanto dogmate sæpè novo,
 Tantis philologis res disquirentibus altas,
 Quomodo sic potuit cœlica lingua mori?
 Mortua cur citiùs sepelitur olympica lingua,
 Qua Deus humanis verba benigna facit?

(1) La lengua latina.

(2) Dos partes de la oración.

Non tamen abscedet de mente, nec ore virorum,
 Quos sophiâ fultos alma Minerva tenet.
 Anglica gens hodiè ac etiam germana adamussim,
 Quamvis progeniem non habeant latiam,
 Grammata, et historiam, res, ac idioma latinum
 Utraque cum studio natio discit avens;
 Tu quoque, mi Victor, gaudes sermone latino,
 Jamque inter doctos primus ubique nites.
 Hanc pulchram linguam recolis molimine magno,
 Quæ tibi præ cunctis gaudia summa parit.
 Nam licèt impuros venusini Vatis amores
 Pandis, et ejusdem rejicis acta mala,
 Non ejus nitidum reprobas systema loquendi,
 Nec nimis auratum respuis ipse stylum.
 Non datus est mundo moralis Horatius auctor,
 Sed datus est rhetor, atque poeta cluens.
 Non natura docet mundum mala facta sequenda,
 Sed sensum pulchri contulit, atque boni.
 Turpia ne cesses lyrici damnare latini;
 Sed fac, ne pereat Principis alma lyra.
 Præstantem formam, qua olim fuit Ethnicus usus,
 Cœlitis ad laudes herclè sacrare decet.
 Hac formâ purâ, et bello systemate fandi
 Utere, cùm Christi dogmata sacra canas.
 Urbibus in magnis delubra profana videbis,
 Conversa haud raro in templa dicata Deo.
 Hæc nobis solers Academicus imperat altè;
 Talia non ideò spernere jussa licet.
 Denique si minimè est imitandus Horatius errans,
 Non tamen arcendus dulcè poëta canens.
 Temporis antiqui detergas sordida, quæso;
 Atque phrases nitidas collige, amice, tibi;
 Itaque si ingenuas et bellas excolis artes,
 Insimul et castis moribus ipse faves.





AD CLARISSIMUM VATEM

D. JOSEPH ZORRILLA.



EPISTOLA.


Oppida cum pagis, villas, delubra sacrata,
Lætaque Cantabrici littora amœna maris,
Campos Vasconiæ virides, et floribus hortos
Pulchris ornatos, tecta sacrasque Domos,
Et quidquid Ditio celeberrima continet amplum,
Atque viatorum gaudia summa parit,
Principe lustrasti comitatus Feminâ iberâ,
Quæ dedit hospitium, dulcis amice, tibi.
Ipsa tibi mores placidè pia Femina gessit,
Et tamquam Cliûs munia amanter agens,
Alta tuo ingenti inspiramina detulit œstro,
Atque tuæ immensas mentis adauxit opes.
¡Fortunate senex, et mundi maxime Vates!
Ut felix fias, ¿amplius ecquid opus?
Si inclyta Aragoniæ (1) Regumque propagine ductus,
Miraculis artis præditus arte studens,
Vel priscas turres procerumque palatia visens,
Arvave curriculo præpete læta petens,
Pabula phantasiæ præbebas, júbila cordi,

(1) La Excma. Sra. Condesa de Gualaqui es descendiente de los Reyes de Aragón, por su padre el Duque de Villahermosa.

Ingenuisque dabas artibus ipse decus,
¿Quid tibi defecit? Comitis si nobilis Uxor
Sedula prospexit nocte dieque tibi,
¿Quid mirum si hodiè melius quam in vere juventæ
Culmina Parnassi scandere sacra queas?
Hospita si alta tibi inspirabat cœlica sensa,
¿Quid tua non caneret dulciter alma lyra?
¡Oh divine geni! Quantum spectabile lumen
Fulgurat in latâ fronte potente tuâ!
Fama tui mundum pridem jam nominis implet;
Magna fluenta tuo mellis ab ore fluunt.
Ats inter nimiùm celebranda poemata magna,
Queis verè hærentes reddis in orbe viros,
Eminet imprimis perpulchrum, dulce poema,
Quo magni Ignatî gesta superna canis.
Non linguâ humanâ super æthera Sidus iberum
Nempe tuis hymnis dulcibus ipse locas;
Sed linguâ angelicâ, et divinis versibus ipsum
Laudibus extollis, tractus amore pio.
Militiæ Jesu præsignis Duxque, Paterque,
Qui mundum voluit lucrificare Deo,
Quique suo influxu et jugi moderamine gentes
Sanctis consiliis instruit, atque fovet,
Carmine si humano, vel celso, crescere posset,
Grandior herclè tuo prodit ab ore gigas.
¡Oh felix Vates! ardens pietate severâ,
Virtutem laudas, et revereris eam.
Æternum Divum, verbo qui cuncta creavit,
Quidquid adorare, et credere debet homo,
Quidquid et augustum, vel magnum existit in orbe,
A flore ætatis pangere sæpè soles.
Perge viam tritam, venerabilis, inclyte Vates;
Ne per iter tortum devius ire velis.
Cœlitis et patriæ celebraris cantor liberæ;
Cœlitis et patriæ dogmata et acta cane.
Numinis excelsi magnalia pange superna,

Et grates Domino prorsùs amanter age.
Nam Deus Omnipotens, quem tu in juvenilibus annis
 Coelico eras solitus carmine concinere,
Ipse tui ingenii vires, et corporis auget,
 Et purum servat cor juvenile tuum.
Vivas ¡oh Joseph! meritis repletus et annis;
 ¡Oh! vivas utinam multa per æva cluens.
Et postquam videas cum vivis apotheosim,
 Percipe quæ sanctis dona parata manent.
Tuque beata quoquè in primis oh Fæmina magna,
 Quæ Vati præbes commoda et hospitium,
Præmia percipies et plausus Posteritatis,
 Quæ GUAQUI titulum commemorabit ovans.





Ad Granatam, horribilibus terræ motibus agitatam.



Plangor poetæ. ⁽¹⁾

Urbs benedicta nimis, Granata, nimisque superba,
Floribus instratis, multoque nitore recumbens;
Si motu horribili ruptam te fortè videbo,
Quàm Drazzaritæ Regi, vel quàm mihi valdè
Præstaret potiùs, noster si non foret ortus!
Vel si vix nati, jugulati essemus uterque!
Pauper ego atque senex, mundo jam vivere cesso;
Carmina, quæ quondam cecini cum pectine dulci,
Non lyra fert hodiè, nullo inspiramine pollens.
Nam mihi deficiunt mutæ, mœstæque Camœnæ!
Te super ingemere heu! superest, et plangere vanè.
Attamen ipsa meos posses lenire dolores,
Si super hisce meis rueres miserabilè membris!



(1) El pensamiento es del eminente Vate D. José Zorrilla.



AD TIBULLUM,

EPISTOLA. DE DUELLO.

¿ Quis fuit in fratrem, motu pro frivolo honoris,
Qui jecit primus tela vel arma fera?
¿ Quis prior obscuro periit certamine in atro,
Ira exandescens, sivè timore tremens?
¡ Quàm stolidi, et verè stulti sese ambo habuerunt.
¡ Jura ¡heu! infaustè fudit uterque sua!
¿ Quis prior æternæ violator legis iniquus,
Vel sibi, vel fratri damna suprema tulit?
¡ Nemo unquam fratrem necuit, nisi jura refringens
Divina omninò! ¡ Nemo parare necem
Vel sibi, vel fratri intendit, nisi consceleratus.
Læssus et offensor perdit uterque decus.
Læssus et offensor, qui inglorius exit uterque,
Plexus in historiâ, vel maledictus erit.
Crimine de turpi, quod nomen triste DUELLI
Fert, tecum breviter, magne Tibulle, loquar.
Quamvis hoc crimen feritatis fortè sit expers;
Etsi vindictæ nulla cupido foret;
Et licèt hoc tantùm manifestiùs experimento
Vim, vel virtutem quisque probare velit;
Vel potiùs læssi damnum reparare cupiscat,
Aut offensorem damnificare suum,
Si forsàm timidus renuat luctamen adire;
Saltemvè, acceptâ lite, per arma data
Plectere (si armorum fortuna admitteret anceps)
Dicere te vellem, docte Tibulle, mihi:

¿Nunquid eo aspectu, ferè qui minùs extat iniquus,
 Hoc tantum crimen desinet esse nefas?
 Jura Dei lædit proponens turpe duellum;
 Acceptans, violat cœlica jura quoque.
 Tristè duellator legem confringit uterque,
 Atque probo populo scandala uterque ciet.
 Offensus primò, quia munus, nempè severum,
 In propriâ causâ judicis ipse capit,
 Quod ferè justitiæ multùm penitùsque repugnat.
 Tùm quia lædentem jura vocare vetat,
 Quæ sibi permittunt censi a judice recto.
 ¿Quid tali damno durius esse potest?
 Publica sic etiam privatur jure Potestas,
 Quæ cives debet carpere ritè suos.
 Sic quoque destruitur pœnæ proportio justa,
 Quæ ferè delictis convenit esse parem.
 ¿Casibus in gravibus ratio poteritnè serena
 Commissum facinus pendere justitiâ?
 Ira ¡heu! crudelis, vel sæpè superbia vana
 Censuram jactant, judiciumque ferunt...!
 ¿Quid de his judicibus tibi, magne Tibulle, videtur?
 ¿Sarcasmus poterit major in orbe dari?
 Sævior est verè acceptans enorme duellum,
 Si læssum temnat, nec reparare velit;
 Namque hic ad durum crimen concurrit, ut indè
 Damna super damnum vel graviora patret.
 Publica non aliter violat gentilia jura;
 Perdere nam cives Natio sponte nequit.
 ¿Quis non absurdum facinus reputaverit istud,
 Quamvis vindictæ causâ et honoris erit?
 Et falsa, et fallax est virtus criminis ejus,
 Namque in principiis nititur ipsa malis.
 ¿Debita justitiæ nunquid violentia solvet?
 ¿Solvere visnè rudis debita sacra potest.
 Rebus in his ¿quænam connexio possit haberi?
 ¿Sustentum crimen desinet esse malum?

Quamvis sit gladio sustenta injuria, nunquid
 Ensis eam delet, vel facit esse bonam?
 At si vindictæ attendas, majora videbis.
 Si offensor pœnas semper ubique daret;
 Si foret insontis securus fortè triumphus,
 Crimen laudares; nec foret herclè nefas:
 Sed rarò, aut numquam læssi victoria fulget,
 Nam fortuna furit, vel nova damna parit.
 Anceps fortunæ semper solet exitus esse,
 Semperque innocuus magna pericla subit.
 Qui causam præhibet potiozem, rariùs exit
 E pugnâ victor, sic quia fata volunt.
 Quamvis in campo caderet tristè alter eorum,
 Quilibet ipse foret, quæ potiora valet
 Robora justitiæ, et rationis pandere victor?
 Dictitat ad summum talia vis logicæ:
 «Debilis interiit, vel certè ignarus in armis.
 Et fortis vicit, vel ferè dexterior.»
 Nunquid justitia et ratio vis quæstio fient?
 Nùm nobis miseris tan rudis error erit?
 Qui injustum fecit, si forsam disputet armis,
 Et quamvis vincat, perstat iniquus adhuc.
 Nunquid vis poterit rectis lex esse suprema?
 Oh! Deus a nobis arceat ista mala!
 Non desunt homines aliàs gnarique, probique,
 Qui factum damnant, sed tolerare solent.
 «Non est justitiæ, dicunt, conforme duellum;
 Sed mos est constans, atque proindè gravis.
 Sanè alia affirmant alii: lex poscit honoris
 Ne detrimentum sufferat ullus honor.
 Jacturam civis, præsertim miles, honoris
 Sufferet ostendens fortè timere necem.
 Militis opprobrium timidi quis tollere pollet?
 Undique miles iners rejiciendus erit.
 Vi legum verè nonnulla injuriâ parvi
 Mulctatur, quæ aliàs non reputanda levis.

*Denique si oportet vitam defendere telis,
 Quid non sit licitum cùm temeratur honor?*
 —Fortia sint utrùm, dic, argumenta, Tibulle,
 Allata a nostri temporis herclè sophis.
 Pondera, dic, quænam teneant speciosa profata?
 Nulla quidèd dices, nam ratione carent.
 ¿Quando unquam sapiens errores mentè serenâ
 Accepit, quamvis turba probaret eos?
 Vir bonus, errorum qui verè conscius extat,
 Protinùs ex animo terque quaterque jacid.
 Præterea insontes injuria non inhonorat,
 Nec justos maculat lingua proterva viros.
 ¿Estnè capax homini concedere vulgus honorem?
 ¿An privare potest vulgus honore virum?
 Sic etiam dici, nullo molimine, posset,
 Vulgum posse viris vim sophiamque dare.
 ¿Numquid vir doctus poterit non esse peritus,
 Quamvis ignarum vulgus haberet eum?
 ¿Nonnè vir est justus, venerabilis, atque colendus
 Etsi a vulgo ejus sæpè teratur honos?
 Commonet hoc ratio; ac esset dementia cæca
 Sectari in praxi dogmata falsa nimis.
 Romanus dixit (1): «¿Quid pollet turpius esse,
 Quàm gnari vitam ducere ab ore vago?
 Denique, quæso, mihi, dicas, oh magne magister;
 ¿Estnè vir infamis qui timet ipse Deum?
 Estnè vir ignavus, vitans utcumque duellum,
 Compulsus tantùm proximi amore sui?
 Estnè vir infamis, qui a pugna singulâ et atrâ
 Abstinet, et fortis rejicit omne nefas?
 Reverà injustè mundus res judicat altas;
 At quamvis mundus judicet alta malè,

(1) ¿Quid turpius, quàm sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? (Cic. Definit. lib. II. cap. 15.) ¿Qué puede haber más torpe, que apreciar la vida del sabio por lo que de él dicen los ignorantes?

Vir bonus et prudens, qui apprimè munia complet,
Non manet infamis si atra duella fugit.
Ac si fortè foret nota perquàm pessima mundi,
Pluris adhuc animi præstat amanda quies.
Nunc de militibus nonnulla loquamur honestis.
¿Annè in re pravâ militis extat honor?
Militis amplus honor rebus consistit in istis:
*«Si disciplinam quis veneranter amet;
Servitii duros tranquillè ferre labores,
Pro patriæque bono perbenè scire mori»*
Militis at sanguis patriæ est dos debita semper;
Liteque in obscurâ fundere nemo potest.
Quapropter miles qui absterret turpe duellum,
De patriâ est meritus civis, et herclè bonus.
Sæpiùs est gravior res falsus sensus honoris,
Falsaque tunc pœnas exigit opinio;
Attamen heroës sua non magnalia navant,
Gesta nec efficiunt absque labore gravi.
Pol decus est vanum, nisi sit virtutibus auctum;
Nam virtutis honor præmia solus habet.
Denique, res animæ, si honor intùs adhæret eidem,
¿Quomodò si pereat vita, peribit honor?
Si immortalis honor fit verè spiritualis,
Plebsnè ipsum poterit rodere dente malo?
Nobilis Hesperiaè valida et celebranda juventa;
Tolle decus falsum, dira duella fuge.
Vosque, viri fortes, certamina singula semper
Cum totis animæ viribus abnuite.
Si mala vitatis, complendo munia rectè,
Nemo vos audax singula ad arma ciet.
Si verò temerè quis vos offenderit unquam,
Judicis in facie poscite justitiam.
Se gerere assuescunt homines sic legis amore,
Qui nunquam, pecudum more, nefasta petunt.
*Discite justitiam moniti, et non temnere Divum;
Omne ruat cælum, vos tamen este pii.*



Ad Ducem de Villahermosa;

sapientem academicum, ac meritissimum virum.



Celtiber illustris, patriæ lumenque, decusque,
Insignis Procer, et sapiens, et magne poëta;
Virgilii excellens sectator, et æmule digne,
Qui inter delicias aulae illecebrasque ducalis,
Frivola despiciens, ac artibus ipse vacando
Ingenuis, ducis vitam sine labe beatam:
Thesaurum nitidis gemmis idiomatis auges,
Ac patriam linguam locupletas versibus amplis.
Nempè giganteum humanique Georgica summum
Verè opus ingenii, pretiosum, dulce charisma,
Artibus hispanis, puro artis amore dedisti.
Florida rura, rubras messes, silvamque, nemusque
(Metra didascalico licèt ipsa sapore notescant)
Auratis fidibus cecinisti, maxime vates.
Carmina mille fluunt tua, prorsùs aromate onusta,
Et formas aperis speciosas nobilis artis.
Vocibus amplificans linguam dictisque canoris,
Munere magnifico rhythmì, numerique sonori
Grammata collustras vigilanter iberica nostra.
Arva doces homines sudore ac arte rigare,
Ut non agricolis pereat labor arduus usquam.
Ritè mones ipsos segetes uberare labore,
Ut fructus habeant in tempore messis opimos.
Sedulus ipse jubes aptis animalibus uti,
Ut sit commodior habitudo inarantibus agros.

Tùm placidos apīs argutæ canis ipse susurrus,
Tùm lætos avium rapidosque per aëra gyros.
Utile consocias dulci solerter, et omne
Ipse ferens punctum, cuncto celebraris in orbe.
Dulce poëma tuum, vestitum more latino,
Chlamyde purpureâ, et nimiùm fulgenter opertum,
Ac formâ indutum nimirùm virgilianâ,
Abripit, ac hilarat sensus et corda virorum.
Excipis e Latio pretiosos sæpè lapillos,
Et benè limatos in nostro idiomate spargens,
Hispanam metricam ditas, versumque solutum
Permuitis salibus dotas, magnoque lepore.
Nunc age, Dux sapiens, et docte Academice, perge:
Si hactenùs arva, pecus panxisti et pascua amœna,
Omneque quod facilis natura feraciter offert,
Nunc autem magnos canta heroasque, ducesque:
Sic quoque Virgilium si imitaris in omnibus alnum,
Alter Virgilius veneraberis omne per ævum.






AD ANTONIUM PIRALA.



EPISTOLA.

Aurato calamo, pollens ratione serenâ,
Nobilis Antoni, scripsisti bella gigantum,
Qui decus immensum, damno cum perpete mixtum,
Tempore in hoc nostro patriæ bis, terque tulerunt.
Ipse nitente stylo historiam veraciter actam,
De gente hispanâ, heroum de sanguine natâ,
Et fusè et nitidè exposuisti, maxime scriptor.
Perbenè de patriâ meruisti, finibus orbis.
Fulgida gesta ducum, vel fortis militis acta
Pandis, ut in populo servetur nobilis œstrus.
Attamen in medio strepitu, et fulgentibus armis,
Laudibus in tantis, belli et splendore sinistro
Horrida depingis fratrum luctamina sæva,
Fata, vel horrores, mala, quæ res bellica tradit.
¡Oh bellum bellum, nisi tanta pericla parares!
Herclè tuo in libro res est pulcherrina bellum;
At Deus a nostris laribus tot fata repellat,
Et nobis donet deamatæ munera pacis.
Intereâ, Antoni, librum relegendo libenter,
Postera gens discat pacem servare placentem,
Atque simul bellum ¡heu! ex corde odisse nefandum.





AD GUILLELMUM,
REGNI PROCURATOREM.



Guillelme oh sapiens, doctor amabilis,
Clari Gymnasii lux, decus inclytum,
Te illustris populus, fidus, et impiger
Pro munimine deligit.

Gnarum, judicii retèque compotem,
Cùm vixdùm solitis juribus utitur,
Se præbet populus, te sibi diligens:
Ipsi gratulor et tibi.

Mox in Comitio dives honoribus
Unâ cum gravibus Patribus inside,
Ut pictis resonans in laquearibus
Mundum vox tua adimpleat.

Illic justitiæ, pulvere perditas,
Seu vinctas potius compede ferreo,
Leges restituas, oreque munias,
Ut vir doctus et integer.

Et tamquam retonans Jupiter in polo,
Ipsas vel furias continet acriter,
Sic totis cohibens viribus hæreses,
Tu deviceris impias.

At cura, in superis imperet unitas;
In rebus dubiis liber es arbiter;

In cunctis niteat cœlica caritas;
Semper dogmata protege.
Si errorem poterit vincere veritas,
Et pax juxtitiae lene det osculum,
Te dulci gremio Patria filium
Amplectetur ut unicum.





AD REGALEM ACADEMIAM HISPANICENSEM.



EPISTOLA.

Cùm Deus ipse, suæ descriptor imaginis almæ,
Plasmata de limo paradisi condidit amp'la,
Inter divitias animæ, vel munera summa
Quæ donavit eis, prædulce charisma loquelæ
Eminet imprimis. Naturæ at in ordine Divus
¿Quid dedit humanis tam mirum, tamque stupendum?
¿Quid majus potuit mundi navare Creator,
Quàm protoplastis ferre inspiramina linguæ?
¿Quid melius valuit reperire scientia Divi,
Ut cum cœlicolis homines commercia habentes,
Mutua sese inter statuunt documenta salutis?
¿Quæ potiora Deus potuit dare vincula amoris,
Ut pax in terris regnet stabilita per ævum,
Ac ut amicitias homines sinè fraude colentes
Munia singuli agant, cuncti communia curent?
Cùm ditatus homo apparet virtute loquelæ,
Jamjam naturæ angelicæ ferè compos habetur;
Et meritò in cunctis rex ipse animantibus extat.
¡Oh linguæ munus, perquàm spectabile donum,
Quod genus humanum sociabile fecit et amplum!
Sermo adeò in divos homines convertit, ut omnem
Ex proprio influxu cuncti dominantur in orbem,
Et Divo similes fiant, cœlique capaces.

—Sermo tamen multo pressus squalore periret,
 Sicut et in cassum ceciderunt plurima dona,
 Quæ humanis primò dederat bonitate Creator,
 Ni foret in terris custos, servator et altor,
 Qui Dei opus recolens, poliens, vel lumine ditans,
 Sordibus abstergat, purumque idioma reservet.
 Sic ideò sermo revirescit prosper iberus,
 Namque ipsum, vigilans, curas, Academia magna.
 Tu linguam tergis, vel purgas labibus atris;
 Tu exauges ejus numeros, rhythmumque canorum,
 Atque facis dignam divinis vatibus esse.
 Sermoni hispano vigilanter prospicis, atque
 Thesaurum sacrum condis, velut arca fidelis.
 Alma parens nostræ linguæ celebraris, et altrix,
 Quam super invigilas, quasi Mater honorificata.
 Singula membra tua immensâ sapientiâ abundant;
 In cœtum verò transcendis sidera cœli,
 Atque Dei arcanum, nullo molimine, prendis.
 Desuper omne datum mortali scibile nosis;
 Omne quod Æternus dedit inspiramen Adamo,
 Tu magno studio, multoque labore es adepta.
 Historiam linguæ tibi fas est noscere soli;
 Nam sola hispani custos idiomatis extas.
 Tu sophiæ invigilas linguæ, vel originis ejus,
 Sic ideò mirè coalescit prospera lingua,
 Namque ipsam, sapiens Academia, jugiter auges.
 Nempè tuo in gremio Sapientes gentis iberæ,
 Qui disciplinæ celebrantur in orbe gigantes,
 Et nunc et semper cum perpete laude refulgent.
 Æde suâ in celebri tantos Academus, Athenis,
 Cùm sub divino doctore Platone coibant,
 Hospitio numquam sapientes jure recepit.
 Græcia non totidem prællustris protulit olim,
 Et quisque ex vobis septenos vincere pollet.
 Non tenuère scios famosa Synedria tantos;
 Tot nec Areopagus quondam, nec mundus habebat.

Tecta sub alta tua affulgent nunc arma, togæque,
 Atque lyræ reges, hodiè miracula mundi.
 Istic resplendet genius, spiramine dives,
 Cognitus in toto sapiens spectabilis orbe,
 Qui, quamvis juvenis, præhibet documenta senectæ.
 Istic magniloquus nitet, altisonusque cothurnus;
 Comica vis quoque præfulget cum fabulâ amœnâ:
 Artes divinæ, ingenuæ, fascisque supremus;
 Tùm quoque rectores, quos magna Politica plaudit.
 Summi magnates vestrâ spectantur in aulâ;
 Atque viri insignes, disciplinisque potentes,
 Docti oratores patriæ, plebisque tribuni,
 Magni philologi Cœtu numerantur in isto.
 Singuli in eximiis scripti Conventibus estis,
 Ac ideò obsequium generale per æva meretis.
 Attamen invidiæ sceleratus spiritus atræ,
 Officium nequam complexus ab origine mundi,
 Suscitât in terris artis quandoque inimicos
 Quos juvat imprimis sapientes carpere magnos,
 Et vexare viros, quamvis super astra locentur.
 Virgilius, Cicero quid dicam? grandis Homerus
 Sæpè nigræ invidiæ subierunt tela nefanda.
 At verò apparent in mundi annalibus amplis
 Laudibus elati, splendentes luce supernâ.
 Fulget in Historia Cicero diademate lauri,
 Dùm Ciceromastix combustus in igne perivit.
 Quapropter criticus si quis non nomine dignus,
 In te fortassis stolidè surrexerit effrons,
 Atque tuas operas mordebit dente maligno,
 Aëra vel plectens, livorem pandet, et ausum;
 Si quis Pseudocato joculari non reverenter,
 Sivè tuæ famæ maculas aspergere tentet,
 Temnito; nam maculæ, quamvis sint forte reapse,
 Exaugent operum speciem, meritumque tuorum,
 Sicut splendorem maculæ Titanis adaugent.
 Sic prout in cœlo solis lux enitet alto,

Cuncta tua affulgent opera et sinè fine nitebunt:
Nam res humanæ, quas vera scientia dictat,
Quamvis invidiæ subeant horrenda flagella,
Non tamen intereunt criticorum dente sinistro.
Pesimus e contra criticus sine laude peribit,
Ut Ciceromastix olim derisus ab Orbe,
Vel tecto nebulis obscuris nomine in ævum.
Partus legitimi, quos fert Sapientia, vivunt;
Nomina scitorum sculpuntur semper in auro.





AD LYRICORUM PRINCIPEM
POËTARUM,
MERITISSIMUM VIRUM,
AC HONORABILEM ACADEMICUM.



!Oh nobilis VULPECULA!

Lux patriæ, vir inclyte,
Clarissimus qui in optimatibus
Ut sol in astris enites:

Tellure in hac hispanicâ
Primus poëta diceris;
Immò vocaris unicus
Totis in orbis finibus.

Mundi per amplos ambitus
Lyræ monarcha plauderis;
Et ante te prosternitur
Vatum caterva plurima.

Plectro nitente, gemmeo,
Deum potentem concinis,
Almamque Matrem-Virginem
Ardore cantas coelico.

Naturæ, et ejus dotibus
Hymnos amanter consecras,
Novumque semper canticum
Summis dicas magnalibus.

Tu res creatas maximas
Metris celebras dulcibus;

Altis tamen mysteriis
Æstro vacas ditissimo.

Styli micantis lucibus
Titanis auges fulgura;
Et noctis astrum pallidum
Fulgere prorsus adjuvas.

Cœli corusca sidera
Majore ditas lumine,
Totamque pulcritudinem
Largiris ipse prodigus.

Solus theatrum nobile
A sorde purum sustines,
Vates docens ibericos
Sectari honesti regulas.

Nîl sordidum, vel lubricum
Versus tuos coinquinat:
Ipsi beati cœlites
Tuâ approbarent carmina.

Heroas amplos, impigros
Priscæ canens Iberiæ,
Permagna eorum posteris
Ostendis acta prospera.

Suprema gesta Principum
Et inclytas victorias
Tuo potente pectine
Cantare suescis dulciter.

Tuo ex labro mitissimo
Fluenta mellis profluunt;
Tuum stylum cupiscerent
In sede Cœli archangeli.

Tuâ inter omnes unica,
Fecunda mens, phantastica
Creaverat poemata
Juventæ in annis floridæ.

Jam vir gigantum maxima
Conscripseras magnalia;

Jam nunc senex, Apollinis
Sceptrum tenes, ut præmium.

Verbi faceti et limpidi
Tu solus extas artifex;
Sermonis almi hispanici
Tu solus auges copiam.

Scribente te, vir optime,
Tacent rubore cœteri;
Legente te, vel angeli
Plausus tibi dant prodigi.


Tamquam poëtam maximum,
Te miror, atque percolo;
Tanquam magistrum prosequor,
Tanquamque amicum diligo.

Tibi quid, oh dulcissime
Amice, reddam pignoris?
En ista, versa in jambicos
Fragmenta reddo «Dramatis.»

Versus tuos phantasticos,
Quos numen altum præstitit,
Tibi latinè traditos,
Permagne vates, dedico.

Inane, et herclè futile
Est munus hoc, quod offero;
At ut charisma pectoris,
Mi care Joseph, suscipe.





PHANTASIA. (1)

(Versio latina.)

I

«Et quidem ¿quid sum? ¿quid ego valebo,
Petre? ¿quid refert ut ego fideli
Sanguine intendam solidare tanti
Sceptra Monarchæ?
¿Quid fides illi mea profutura,
Fictilem quamvis agitem bilancem,
Et meæ pondus fidei studerem
Ponere in ipsâ?
¿Menè præ cunctis superum putabo?
Aut viros magnos superare credar?
¡Absit! ¡heu! quisquis secus asseveret,
Funditus errat.

II

Non nisi *vox* tenuis, vacuumque per aëra cursans,
Coelite dante, fui; non nisi murmur ero
Debiliter resonans; atomi *vox* nempè sonora
Incerta et gracilis; sum minimus sonitus,

(1) Fragmento de un poema del eminente vate D. José Zorrilla. Es un ejercicio de traducción sumamente difícil por la exuberancia pleonástica, y la infinidad de sinónimos que el Sr. Zorrilla usa en esta sorprendente composición.

A cuncto strepitu abstractus, qui in nocte serenâ
 Dùm celso in cœlo lumina magna micant,
 Et tellus dormit, crepitum vix halo fugacem.
 Echo sum exilis, fusa per Americam,
 Quam tamen excelsâ placidè exaudivit in Aulâ
 Laudibus elatam Rex, dominusque meus.
 Hei mihi! sed minimè hæc echo, dulcedinis expers,
 Ipsi grata foret, ni resonaret ibi.

III

Sum echo præcipitans per vacuum aëra
 Jucundos modulos vocis amabilis,
 Queis errans avidus spiritus indiget,
 Ut cantet fidei dona perennia.
Vox vesana, vagans, mystica, cœlica,
 Sanctis consocians laudibus angelos,
 Ac hymnos recinens ante Diespitrem;
 Vel *vox* horribilis, tetrica, lugubris,
 Quæ fortè exoritur tartaro ab infero,
 Æternalis ubi et plena doloribus
 Nox atra imperium dirius exigit,
 Cùm spes non rutillet lumine fulgido,
 Nec dulces sonitus illicò concrepent.
 Lenis *vox* animæ, fortè charismatum
 Immensæ fidei, divitis admodum;
Vox, quæ se exagitat, *vox* lacrimabilis,
 Quæ pro præteritis flendo reatibus,
 Ipsos ad placitum Cœlitis expiat.
 At lucem nitidam conspicit eminùs,
 Quæ certe æthereis sedibus insidens,
 Excelsi faciem lumine circuit,
 In cujus reviret perpete dexterâ
 Jucunda atque potens cuncta Creatio.

IV

Vox sum, quæ in latebris, secessa in limite mundi,

Consonat apprimè cunctis modulatibus orbis,
 Millia quos jactant viventia mille per auras,
 Quorum multiplices sonitus, si edantur in unum,
 Efformant (mundi viventis anhelitum) hiantem
 Solemnemque sonum, quem cuncta animantia spirant.
 Turbida vox, inquam, sinè pace vel ordine gyrans,
 Quæ excipiens strepitum partes malesana per omnes,
 Vocem sectatur placidè quocumque susurret,
 Et vi sympathiæ, quamvis amplectitur echum.

V

Vox lenta, et tenera, et vibrans, et prorsus acuta,
 Raucisona, et violens, mœsta, superba nimis;
 Limpida, et exspirans, cava, vel sine viribus ullis;
 Tum tremula, ac ampla, et blanda, sonora, vaga;
 Vox iracunda, et rabida, atque furore agitata,
 Gaudia significans, mœstitiamque simul.
 Concinit, ac edit suspiria pectore ab imo;
 Murmurat, et lacrimis obtenebrata gemit.
 Accinit, et rugit, reboat, cantatque sonore;
 Flectitur, et mugit, recreat, atque juvat.
 Commóvet, inspirat, blanditur, captat amores;
 Pellicit, atque trahit; incutit ipsa metum.
 Et stupet, inflammat, ferit, et conturbat, et arcet,
 Juxta mensuram, quâ resonare solet,
 Sivè quidem crescat, decrescat, sive abigatur,
 Seu citiùs properet, pergere sivè velit,
 Sivè in præcípites subitò raptabitur undas,
 Sivè procellarum turbine jacta flect.
 Sivè per aëreas regiones vortice nigro
 Concussa huc illuc victima tristis eat.

VI

Ulmorum in foliis, inter arundines,
 Inter gladiolos lacubus insitos,
 Algis, quæ in pelagi margine germinant,

Ac in viridium frondibus arborum,
 Mœrens, aut alacris dulciter ejulat,
 Cum pictis avibus suāviter accinit;
 Cum puris repetit murmura fontibus,
 Cum bullis resonans inde scatentibus,
 Per fractos lapides, atque foramina
 Petræ vel silicis sibilat anxia;
 Lamellas agit at vertice turrium;
 Chrystallos rapido flamine concutit
 In castris, tumultis, atque basilicis.

VII

Denique per campos saliens, silvasque per omnes,
 Arva, nemusque petens, validè elongatur, et indè
 In mare projicitur, quod horizon undique cingit;
 Perstrepat, ac undis, oris luditque rotundis,
 Atque sonorarum murmur nimis auget aquarum.
 Fluctibus in gravibus, qui vi nascuntur eadem,
 Atque renascuntur, crescunt, et debilitantur,
 Et vi perpetuâ motum experiuntur eundem.
 Hæc vox multiplici varioque evolvitur actu;
 Flectitur huc illuc, curvatur, ubique movetur,
 Æstuat, et fervet, superenatat acris in undis,
 Ebullit, lenisque agitur, et advolat indè
 Perque superficiem, nullo molinime vadit,
 Accedit propius, discedit longius ipsa,
 Jamque ab it ex oculis, iterumque apparet ibidem.
 Mox adolet, strepit ingente stridore per undas;
 Vibrat, et ipsa statim perit, ut lux stingitur imbre.
 Prorsus adest, evanescit; tunc denique finem
 Flebilis, exhaustus sonitus pertingit, adinstar
 Scintillæ in tenebris, quæ cælum brumâ operitur;
 Vel mediis nebulis, quæ extensæ nocte sub atrâ
 Nigrantes umbras orbi velamina præstant...

VIII

Tunc concavi sub aëris
Velamine obscurissimo,
Exstincta cùm lux pallidum
Ipsi colorem denegat,
Nulla auris, etsi perspicax,
Audire pollet eminùs
Vibrationis ultimæ
Levem sonum disperditum.
Nam spuma mollis æquoris,
Quæ ebullit alto in vortice
Echum fluentem, languidam
Undis sonoris devorat.

IX

Sic ego dumtaxat reputor nihil ampliùs herclè
Me nimis ignotum publica fama tacet.
Nunc simplex atomus, vacuùmque per aëra gyro,
Atque brevi spatio, nocte silente, sono.
Nil aliud videor, sonitùs quàm debilis echûs
Nominis, et famæ, quæ immaculata manent;
Et ferè post fatum regem sine fine sequentur,
Nam manet exemptus labe monarcha meus.
His igitur scriptis, fidei queis pondera fundo,
Et cordis lacrimas flebilis addo mei.
Non aliud certe cupio neque gloriôr esse,
Quàm tristis gemitus cordis amantis eum.
Ultimus infelix ululatus vocis amicæ,
Quæ vel post solium, post tumultumve sita
Dramatis in fine, in singultibus, anxia clamat:
« Vivat in æternum Rex, Dominusque meus! »





AD NUNIUM DE ARCE.

Peccatum foret, oh Nuni, si grata Camœna
Te nondùm caneret pectine dulcisono.
Peccatum verè gravius si musa taceret
Te mea, cùm vates primus in orbe nites.
Te Lyricæ hispanæ Regem præfecit Apollo,
Et regis sceptrum laude et honore geris.
Te primi Lyrici titulo Fecialis (1) adauxit;
Et decet ipsius summa profata sequi.
Sidera, tellurem, pontum, cunctumque creatum
Auratis fidibus jugiter ipse canis.
Naturæ speciem divinis versibus auges,
Ipseque phantasiæ viribus alta creas.
Ante tuum genium pronus prosternitur orbis,
Et natura tibi prodiga præstat opes.
Arva tibi segetes et fruges ubera reddunt;
Et pingues fructus porrigit uber ager.
Flores tùm nitidos offert tibi pensilis hortus;
Lenis et alba suum præstat aroma rosa.
Dat tibi et immensum pelagus sua maxima cete,
Atque tibi gemmas Indica concha parit.
Magna volatiliùm quæ velant agmina cœlum,
Et parvas pictas aggerat aër aves.

(1) Marcelino M. Pelayo, que es verdadero Fecial y dictador de las letras patrias, ha dicho que el Sr. de Arce es el primer poeta horaciano de España.

Silva tibi placidam producit fertilis umbram,
 Cunctaque fert arbor mitia poma tibi.
 Cuncta tibi arrident, prout extas cantor eorum,
 Atque tuæ reddunt digna tributa lyræ.
 Læta suos modulos præstat tibi dulcis ædon;
 Dulceque murmurium devovet aura levis.
 Chrystallos liquidas largè fons limpidus offert;
 Horrores verò fluctus et unda maris.
 Terrirepum strepitum tonitrûs, lucemque sinistram
 Fulmen jam domitum, vel sinè strage, jacit;
 Ut tua vox resonans imitetur fulguris ictum,
 Cùm vocem simules, imperiumque Jovis.
 Æmulus es vatis venusini, præscius augur,
 Qui historiam narrans ipse futura doces.
 Arma stylumque tenes quæ magnus Horatius olim;
 Et præter vitium, pectine cuncta canis.
 Verè ipsum formâ rhythmō et dulcedine adæquas;
 At verò superas serietate rei.
 Limpida verba facis, pura et sine sorde, faceta,
 Et linguæ angelicæ digna profata nimis.
 ¡Oh, utinam vates venusinus castior esset...!
 Lædere sed minimè qui periere decet.
 (¡Oh utinam Deus exciperet lamenta doloris,
 Quæ vates moriens fortè in agone dedit!)
 Tu verò pius, atque bonus, vir nobilis extas,
 Quamvis plectripotens sis et ubique prior.
 Publica tu apprimè gessisti munera rectè,
 Ipsaque curasti plausibus innumeris.
 Tu benè de patriâ, Nuni mi care, mereris,
 ¿Quis te non plaudat, magne Poëta cluens?
 Naturâ geminâ dotaris in ordine vitæ;
 Vates es magnus, politicusque simul.
 Rariùs in terris miraculum cernitur istud,
 Omnia quandoquidem nemo patrare solet.
 Sed raras Geniis dotes Rex præstat Olympi,
 Lumine ut et terras irradiare queant.

Clara tua asservat cunabula Vallisoletum,
Quod, prout heroem, te colit, atque jubar.
Læta tuum nomen libraria scrinia pandunt,
Quod dulcè in cunctis auribus herclè sonat.
Tu tibi struxisti monumentum firmius ære,
Coelicà cùm licuit scribere metra tibi.
Attamen Urbs celebris, quæ heroes protulit amplos,
Atque apotheosim grata rependit eis;
Quæque tuum nomen sacris annalibus indit,
Non orbam famam deseret ipsa tuam.
Hic te posteritas celebrabit cum Michaelæ (1)
Qui nostrâ statuam nobili in urbe tenet.
Hæc licet urbs hodiè sit magni oblita Colombi,
Te tamen imprimis cuncta per æva colet.
Denique cum socio, concive, et vate cluente (2)
Qui est etiam dignus laudibus innumeris,
Virtute et merito munitus, vota virorum
Sospes habebis ovans, firmus in Arcè tuâ. (3)



(1) Miguel de Cervantes Saavedra.

(2) Alúdese al eminente poeta D. José Zorrilla que tambien es una gloria vallisoletana y universal.

(3) El apellido del insigne vate «Arce» sabido es que significa «castillo ó ciudadela.»



AD PETRUM II.

Magnificum Imperatorem Brasiliensem,
PROPTER FAUSTAM SERVORUM REDEMPTIONEM.



ODE.



(Loquitur Imperator.)

«⁶⁰⁸Natura æquales homines sine limite finxit...!
Nemo ut herus fiat, cùm schemate nascitur albo;
Nemo venit vinclis ad vitæ limina vinctus,
Ut servus fiat; neque compede nascitur atro,
Ut tristis vivat, semper solaminis expers.
Quæ Deus humanis bona, spiritualia saltem,
Tradidit, ꝑecquisnam venundare turpiter ausit?
;Sis malè, servitium, dictum! Tu cœlica jura
Duriter infringis; pietatis vincla relaxas,
Cunctaque fraterni commercia solvis amoris!
;Oh fons nequitiae, rixarum perpes origo,
Te nimis execro, et detestor pectore ab imo!
Tu genus humanum pressisti, et dedecorasti...!
Te ex totis animæ, vel mentis viribus odi,
Horrendum probrum, quod stirpem lædis Adami!!
;Nunquid homo amittet sua naturalia jura,
Quamvis hoc crimen toleret vis moris iniqui?
Herclè statum doleo, quem tristis portio suffert!
;Annè lupos homines homini patiemur haberi
In nostro Imperio, quod pacis munere gaudet,

Et tot naturæ thesauris floret, et artis?
 Si est ibi libertas, ubi Divi Spiritus efflat,
 Quomodo permittam, spoliatos munere tanto,
 Plangere eos, inopes, nudosque juvamine, servos?
 Si libertatis quondam jactura nefanda
 In *res* conversos, calcato jure superno,
 Reddidit infaustos homines, tutamine egentes;
 Si violata manent cœlestia jussa colenda,
 Quæ nobis memorat toties Ecclesia Christi,
 Ut LEO terdecimus nuper condixit amanter,
 Nunquid in Imperio tot scandala inesse sinemus?
 Inclyta sancta Fides, ratio, simul utraque dictat
 Omnes ante Deum mortales æquiter esse
 Acceptos, digni si fiant laudibus æquæ.
 Gens mea me deamat, nullo discrimine stirpis...
 Estne color signum pejoris conditionis?
 Jam vates cecinit: «Nimiùm ne crede colori.»
 Ipse viros regere intendam, quos herclè beatos
 Vellem, non servos crudeli sorte gementes.
 Quapropter Divi venerando in nomine dico:
 DELEO SERVITIUM. Non ampliùs in ditione
 Mancipium nostrâ possit tutamine legis
 Serpere, vel tectum vi consuetudinis esse.
 Discolor, aut ater jamjam sit civis honestus,
 Liber, et immunis, prout extat plasma verendum,
 Filius, ac heres, ut Nosmet, Cœlipotentis.
 Jus ego restituo, sublatum crimine magno...
 Annè latrocinio sit compensatio danda?
 Irrita, et omninò possessio fiat inanis,
 Quæ contra justum minimè præscribere pollet.
 DELEO MANCIPIUM! Cives cujusque coloris
 Felices cupio, non libertate carentes.
 Et siquid dignum mereatur nobile factum,
 Magno Pontifici detur, cui dedico totum,
 Nuptiæ ut ejusdem nostris celebrentur in oris.»
 —Talia præmeditans magnus, sapiensque Monarcha,

Qui fert Brasiliæ sceptrum cum perpete laude
Dixit, et effecit. Sic non aliterque gigantes
Gesta sua in mundum fortes monstrare solebant.
Salve, magne Petre, oh perquam Rex optime mundi!
Tu quasi divinæ virtutem vocis haberes,
Maximæ opus molis fidei fervore patrastì,
Quo cultos populos stupefactos afficis omnes.
Tu, non justitiam faciendo dimidiatam,
Ut fieri solet in nostris utcumque diebus
Ipse bonum totum meditaris, et efficis amplè.
Salve, et in æternum tua maxima gesta canantur!
Justitiæ sensus, cunctum perfusus in orbem
Plausibus explicitis hilarans te extollit ad astra.
Te pia christiadam lætanter turba salutat,
Atque redemptorem populus te acclamat ovanter.
Tu exaltas homines, magnoque charismate ditas;
Tu humanum genus amplificas et prorsus honoras,
Juraque fers homini, quæ injuria perfida quondam
Raserat iratè. Heroum tû more potentum
Scandala ab Américæ regionibus ejicis ultro,
Quominus in patriâ crimen vestigia linquat.
Solus eris sapiens cunctum celebrandus in ævum,
Nam solus rectè tradis problema solutum.
Legis evangelicæ Præco venerabilis extas,
Qui exemplis nitidis fidei miracula pandens,
Gentibus et populis præbes documenta salutis.
Ipse tui Imperii infelices juris egentes
Jure novo recreas, et legis robore firmas.
Erigis elisos qui in pulvere tristè jacebant...!
Salve, ter salve, nimum memorande Monarcha,
Qui tamquam fratres cupis, ut stirps incluta Adami
Sese inter statuant semper vitalia pacta.
Ipse doces homines se mutuo amore vereri,
Sicut Evangelii disponunt dogmata sancti,
Vel sicut ratio fulgenti lumine suadet,
Solus in hoc sæclo navasti ingentia gesta,

Tam miro ingenio, mediisque sagacibus utens,
 Ut tela invidiæ caveas, vel inania vertas.
 Præmia nequitiae et vitio concedere nonvis,
 Hæc licet ex certis veniant radicibus altis.
Irrita quæ verè fuerant in origine, nunquam
Tempore delapso, valida, et benè firma tenenda.
 Judicium justum, nixum ratione tulisti,
 Taliter ut Salomon minimè te vincere posset.
 Prætereà in populis siquando putrida plaga
 Communem graviter minitetur fortè salutem,
 Singuli et omninò cuncti resecare tenentur,
 Quamvis jacturam privatim sufferat ullus.
 Liber homo e digitis exivit Cœlitis almi;
 Et licet in servum sors ipsum vertit iniqua,
 Denuò eum Christus, superante Cruore, redemit.
 Te Deus asservet, Pater, Imperiique Magister,
 Ævaque longa tibi, et prorsùs felicia donet.
 Interea cives, noviter, te commiserante, redempti,
 Et quotquot veniant a nigrâ stirpe beatâ,
 Te, nomenque tuum benedicent laude perenni.





Ad Antonium Malo.



COGNOMEN NON FACIT HOMINEM.

Nosco *Malum* quemdam, qui aliàs est ipse benignus;

Nosco *Bonos* quosdam, qui bonitate carent.

¿Quid refert ut homo teneat cognomen *Amatum*,

Quando suis operis asserit esse *Lupum*?

¿Quid, care Antoni, refert ut nomine iniquo

Utaris, si operis asseris esse probum?

Qui se jactarit magnum cognomen habere,

Ipse priùs videat, nùm sua facta probent.





IDYLLIUM.

DE LIBERTATE. (1)

(VERSIO LATINA.)

CAPRARIUS, ET PASTOR OVIUM.

Caprarius.

¿Tu quis es, oh pastor? ¿Quid te conturbat et angit?
¿Quinam fortè dii hirsutá lanugine nigros
Velavere tuos oculos?

Pastor ovium.

¡Formose caprari!
Tu verè os pulchrum mihi commostrare videris;
Dulcia contemplor tua lumina pura, serena

Caprarius.

¿Nunquid in his habitas scopulis, et tristi in eremo,
Quam penetrare potest nemo formidinis expers?

(1) El original es del eminente poeta francés Mr. A. Chenier. La versión está hecha directamente de la española publicada por el reputado poeta y literato D. Victor S. Capalleja.

Pastor.

Si tibi perplaceant silvæ, vel florida prata,
Dulcè sedere vales super agri mollibus herbis.
Me magis, herclè, juvat saxo considerare in isto,
Tempusque hùc terere omninò per frigus et æstum.

Caprarius.

Attamen alma Ceres maledictum jecit in istam
Tellurem sterilem: nigrum, petrense fluentum
Jugiter impuras, malè sanas ejicit undas.
Hæc rupes ardens gressumque, pedemque viantis
Urit et accelerat. Nec flos, nec fructus in ipsa est.
Non arbusta ferunt frondes, nec aroma ubi nidum
Fingant lusciniæ. Rarissima substat oliva,
Quæ argumenta soli sterilis mortalibus offert,
Pauperiemque nimis terræ miserabilis edit.
¿Quomodò oves poteris saxis depascere in istis?
¿Visne fame pereant?

Pastor.

Et verè? ¿Quid mea refert?
¿Sumnè gregis dominus? ¿Servus sum vilis et ater!

Caprarius.

Annè oblectari es solitus cum rusticâ habena?
¿Nùm cupis hanc tibiam, manuumque charisma mearum?
Hanc ego confeci: sonitus mirabilis ejus:
Accipe; sic volucrum cantus imitabere lætos.

Pastor.

Non ego dona tua accipiam; tibi tota reserva:
Nocturnis avibus delector; noctua, bubo,

Herclè mihi arrident. Benè vellem cantica eorum
Pangere; tunc pedibus tererem, quam ostendis, habenam.
Ipse voluptates, pro viribus, arceo vestras.
Non ros, non flores, nec aves, utcumque canoræ,
Sunt mihi jucundæ.... ¡Servus sum vilis et ater!

Caprarius

¡Herclè tui miseret me! ¡Servitium maledictum!
Fons est nequitiae!.... Cuncti servire repugnent!
Contremat humanus legi se subdere iniquæ!
¡Væ qui nil habeat, vitam vivatque alienam!
Me semper servas, libertas prorsùs amanda;
Alma parens patriæ, virtutis fons et origo.

Pastor.

Sunt patria et virtus ¡heu! futile nomen utrumque!
Me tua verba nimis, tamquam convicia lædunt!
Me tua prosperitas exprobrat, vulnera acerbant.
Verè, ut ego ¡heu! utinam servus vilissimus esses!

Caprarius.

Verè, ut ego, heu! utinam tu vir liberrimus esses!
¿Nonnè tuos Superi poterunt relevare dolores?
Balsama sunt animi plagis nimis apta mederi...
Cantica sunt magica ærumnas sanantia mentis.

Pastor.

Balsama sunt nulla, et nulla est lustratio certa,
Quæ lenire meas possint medicamine pœnas.
¡Sors mea servitium! Fiat sic cuncta per æva!
Sum quoque ego dominus canis: is mihi servit et horret,
Tetrica, quam patior nunc, desperatio muta,
Damnum reddit ei, quod herus mihi turgidus infert.

Caprarius.

Non tibi terra parens, ac ejus maxima gaza
 Reddere læta potest solatia tristè negata?
 Quam pulchra est Tellus! Æstatem conspice rubram,
 Thesauris ditem, radiis et lumine solis,
 Qui cultum terræ deamans et fertilitatem,
 In viridem mutat, veris, miro ordine, pallam.
 Aspice et armenium pomis et aromate plenum,
 Dulcibus et pulchris, plusquam vel mella, vel aurum.
 Punica mala vide, quorum ferè purpura bella
 Mitia poma homini cum multis fructibus offert.
 Nonnè et agros lætos, et rubris messibus amplos
 Conspicis, ut montes immensos divitis auri,
 Qui exspectant curvam messoris penè securim?
 Rustica quanta nimis veneramur numina in orbe!
 Alma Ceres, messis, perpulchræ, oculisque serenis,
 Ornatis manibus spicarum fasce rubente,
 Post spem fulgentem, nitido diademate cinctæ,
 Copiæ abundantis properant effundere cornu.

Pastor.

Grata tibi gressus ostendunt numina lætè,
 Quos ego servi oculis minimè discernere possum.
 Ipse solum durum video, mihi prorsùs avarum,
 Quod, licet invitus, converto semper in hortum,
 Quominùs ipse mei sudoris præmia tangam.
 Sole sub ardenti mites hic colligo fructus,
 Quæ reddunt aliis prædulcia plura alimenta,
 Dùm me dura fames heu! opprimit! Impia terra
 Est mea non mater, sed cruda et dira noværea.
 Tota meis oculis natura est horrida, nuda,
 Tamquam letifera est vallis, quem conspicias, ista.

Caprarius.

Nonnè tuas ovium balatus recreat aures?

¿Nonnè tibi est gratum pastoris munus obire?
¿Nonnè tibi est placidum si ludere conspicias agnos?
Me juvat hœdillos saltantes cernere in agris:
Perplacet herclè mihi blandus balatus eorum.
Cùm citò post matres lætos contemplor eosdem,
Rore super nitidis currentes mollibus herbis,
Jubila ego capiens quoque tunc exulto beatè.

Pastor.

Nonnè tui hœdilli? ¡Ast alia est mea sors maledicta!
Isti ærumnarum sunt argumenta mearum.
Hos ego per lucem bis ad bona pascua ducò,
Perque diem toties diffidens ille tyrannus
Nos herus exspectat, constanter acerbus et asper.
¡Nunquam contentum reperire ¡heu! possumus ipsum!
Vel non lanigeræ apparent, vel sunt aliquæ ægræ;
Claudicat una malè, aut plures sunt denique tristes;
Omnia prava putat. Fortassis si lupo atrox
Corripit hanc, egomet tantùm culpabilis exto.
Me vult impetere absque armis immane, ferumque,
Vel mansuefactum quærit me reddere brutum,
Vel fortè in timidum convertere. Postmodò diras
Ipse minas promit, rixas, convicia, probra,
Ictus terribiles, quos duro nomine pœnas
Ipse vocat!

Caprarius.

Superi innocuis præstare favorem
Sæpè solent... Misero si attendunt auxiliantes,
¿Cur e conspectu abstrahimur, sine amore deorum?
¿Cur non accedis fidens ad Cœlitis aras,
Floribus ornatas nostris? Quid ferre moraris
Munera ad altare, e spicis et fruge relictis?
¿Psallere cur renuis psalmos prostratus in aris?

Jupiter et Nymphæ, pellekti munere sacro,
Quamvis exiguo, excipient tua vota libenter.

Pastor.

Nequaquam. Fiunt mihi gaudia dura, perosa.
¿Quid mihi de Superis loqueris? ¿Quid dicere tentas
De Nymphis lepidis? quidnam de munere sacro?
Non ego dona diis, vel florida dedico sertâ...!
Cœlestes radios vidi, et formidine tangor...!
Numina me ferro pressere, et nescio amare.

Caprarius.

¿Cur tibi non toto jucundo pectore amandum?
¿Qui casus læto non cedit virginis ori?
Nuper in hoc nemore hædillum fortasse recentem
Virgini ego obtuleram. Tunc me respexit amanter...
Hædi et adhuc, opinor, balatus audio blandos.

Pastor.

Me super infaustum ¿quænam pia candida virgo
Figere læta suos oculos dignabitur usquam?
¿Nunquid ego hædillos possum donare, vel unum?
Quaque die enumerans agnos herus ipse protervus,
Vix unquam tantum, quos tradidit, exigit asper.
Justa dea, oh Nemesis! Potior si sors mea fiat;
Siquandoque mei in dominum converterer usquam;
Vel vim, vel robur possit mea dextra tenere,
Dirus ero, et nequam, truculentus sicut avarus
Teter herus meus, et quotquot mea vincula stringunt.

Caprarius.

Non ita me gerere, oh Superi, vos perbenè nostis;
Me nimis in famulos dulcem cognoscitis esse:

Humanum, facilem famuli me semper honorant
Esseque non cessant felices, atque beati;
Meque suum dominum summa pietate salutat,
Atque suum cuncti benedicunt dulciter ortum.

Pastor.

Ortûs ipse mei maledicam duriter horam,
Infelix etenim natus juga ferrea portans,
Atque sub arbitrio domini pietate carentis.
Hercle fame pereo, dominus dùm fortè superbus
Hisce meis pœnis momenta libidinis auget.

Caprarius.

¡Infelix pastor! questus, quos edis amare
Tristè meum pectus tetigerunt, cor lacerarunt...!
¿Nunquid eam capram, geminumque hic conspicis hædum
Qui albet uterque nimis, materni lactis adinstar?
Hos igitur capias: tecum lætanter eunto.
Et valeas etiam. Faxint pia numina cœli
Munera ut ista tuo ejiciant de corde dolores:
Et capra ac hædi constante juvamine crescant,
Ut de mente tua aufugiant ærumna, vel angor.

Pastor.

Redde mihi, quamvis maledictus postmodo fias!
Si magè gnarus ero... præsagia nempè sinistra
Sunt dona hæc! Dominus diffidens, ater, avarus,
Munera non credens fieri pietate supernâ,
Me inmeritò dicet nummos rapuisse ad emendam
Capram cum binis hædis. Tunc promptus ad ausum
Prætextu hoc veniet rapturus munera tanta!





AD BARCINONEM.




ODE.

Nobilis Urbs Comitum, celeberrima Barcino magna,
Inclyta clarorum nutrix, altrixque virorum;
Urbs olim dominans, et natio fortis, et ingens;
Splendida quæ totum tuleras vexilla per orbem;
Arx, ubi constituit sedem Caducifer amplam,
Quocum perpetuum solium Pax candida junxit.
Fons, e quo manant quæsitæ charismata summa,
Quæ heroes cupiunt, geniique, sophique tenere.
Impigra, et in quovis semper luctamine victrix,
Æternum decus, et plausus, laudesque mereris.
Gesta tua in cunctis fulgent annalibus orbis,
Atque plagas mundi totas tua cœlitus arma
Ingenti strepitu, magnoque stupore replerunt.
Quando feri armato brachio almogavaris olim,
Signa per extremas regiones ipsa tulisti,
Europæ princeps et summæ gemma coronæ,
Et regina maris, cantata ut fortis ubique;
Barcino, grandis eras, et prorsus magna reapse:
Maxima nunc etiam perstas, spectabilis, ampla,
Cunctaque thesauris, et viribus oppida vincis.
Mens hodiè Hesperiae, vel cor reputaris, et extas.
Virtutis cultrix, dignique Magistra laboris.
Artis et ingenii magnalia fulgida monstras;

Et quotquot peperit studiosè Industria Dona,
 Sedula pacifico certamine promissè ovanter.
 Qua propter, si ingens fueras in tempore belli,
 Grandior appares, cùm pacis munere gaudēs.
 Te Puer excelsus visit Rex inclytus, almus,
 Cum pulchris pariter tenerisque Sororibus ejus,
 Quos Regina Regens materno ducit amore;
 Teque, tuumque piè, prout Angelus, auget honorem;
 Te Regina potens, divinis prædita donis,
 Desuper herclè data ad patriæ laudemque, decusque,
 Largiter amplificat, multoque charismate dotat.
 Optimi, et egregiæ Primates gentis iberæ,
 Tantis Reginæ allekti virtutibus altis,
 Te penès exultant, placidoque stupore morantur.
 Exteri, et imperii, vel regni fræna gerentes,
 Vel pro Principibus Magnates undique missi,
 Regis in obsequium properant te visere amanter,
 Dùm simul ante pedes Christinæ, poplite flexo,
 Accedant, ejus dotes venerando supernas.
 Quis mirabilium meditari pondera nolit,
 Quæ tanto ingenio, et tantis splendoribus aptas?
 Quisvè tuas gazas, et opes non cernere quæret,
 Quamvis extremis veniat longiquus ab oris?
 Prorsùs eras felix, imprimis, Barcino, quondam
 Te comites quando magnâ pietate regebant,
 Atque tuam sortem curabant esse beatam;
 Major at in præsens celebraris, ut inclyta Sedes
 Reginæ insignis moderantis iberica fræna.
 Gloria tanta tibi non ulla affluxerat unquam,
 Quanta tibi est hodiè propter regalia festa,
 Quæ magnæ Dominæ fervente rependis amore,
 Quæque tuos intra muros celebrantur ovanter.
 Omnibus e populis, et magnis gentibus orbis
 Viribus expansis, verè et fulgentibus armis,
 Navibus innumeris, expletis milite forti,
 Ante tuas turres veniunt cum pace gigantes,

Qui tua contendunt penetralia visere læti,
 Propter Reginam, quæ hodiè te, Barcino, honorat.
 Bellica quæ incutiunt mundo tormenta pavorem
 Millia mille tonant ictus, non cædibus aptos;
 Non cladis causa, nec mortis flebilis ergo;
 Sed quasi in Europâ resonent præconia pacis,
 Tetrica deponunt horrorem dulciter arma.
 ¶ Quis te non videat faustam, prorsùsque beatam,
 Ejus ob augurium cœlestis muneris alti?
 ¶ Quis tua non recolet memoranda vel inclyta facta,
 Cùm Regina suis tantis ea laudibus effert?
 ¶ Quisve tuos nolet progressus pangere summos,
 Cum reverenter eos mirantur in orbe potentes?
 Urbs nimis excellens, salve: tua fulgida gesta
 Plausibus innumeris recinentur cuncta per æva.
 Nobilis Hesperiae, Catalaunia, gloria, salve:
 Sicut honorandum procuras esse Colombum,
 Quem colis æternis perdignum laudibus almis;
 Sicut et ipsa Viro statuas fers ære et amore,
 Postera gens æstro, et simili correctâ furore
 Ingenuos homines, hodiè quos provida fulcis,
 Plausibus et festis hilarans extollet ad astra.
 Postera gens, inquam, historiam cùm scribere curet,
 Ac de hoc magnifico certamine læta loquatur,
 Nobile episodîum quod gentes pellicit omnes,
 Sic narrabit ovans cum veri voce severâ:
 «Barcino divitias cum summas promere vellet,
 Atque suas vires et opes, portenta laboris.
 Poneret ante omnes homines certamine in amplo,
 Amplexu tenero Regem cum Matre Regente,
 Proleque Regali, et clara comitante Cohorte,
 Ædibus in propriis tenuit. Peramabilis, ampla,
 Atque pia et sapiens Regina, ex corde libenter
 Magnis elogiis extollens ad sidera cultam,
 Munere multiplici dotatam, reddidit Urbem.»





AD PATRITIUM.



ACROSTICHIS.

Germane insignis, sapiensque, cluensque Patrone,
Anchora justitiæ, gloria, luxque fori;
Magni consilii compos, jurisconsulte severe;
Accipe quæ gratè defero vota tibi.
Zelo dùm flagres pro rebus agrestibus alto,
Omnis iberorum jam tibi plausus erit.





IN PRÆCONIZATIONE

ILLUSTRISSIMI EPISCOPI TURIASONENSIS.

ODE.

Qs sanctum Christi verbum jam protulit alium;
Jamque Tibi titulum Præsulis attribuit.
Spiritus e cœlis Sanctus Te gratiâ inunxit;
Teque Patrem populi nuncupat atque Ducem.
Te, quia servus eras hucusque fidelis, et insons,
Constituit dominum, plebis herumque suæ.
Euge, Sacerdotum speculum, lumenque, decusque;
Doctrinæ et meriti præmia sospes habe.
Sicut in æthereis rutilans sol emicat astris,
Vel prout in spinis eminet alta cedrus;
Sic inter socios fulgebas, clare Joannes;
Te insignem virtus, reddidit ampla tua,
Virtutis cultor, sophiæ composque supernæ,
Laudis eras dignus, notus ubique loci.
Sic Pastoris onus cum summo es adeptus honorem,
Ut magnum possis salvificare gregem,
Sic gentes jam nunc cœlesti chrismate inunges,
Atque tuis ovibus pabula sana feres.
Largiter ipse piè præstabis egentibus escam;
Tristibus et lapsis dulce juvamen eris.
Cordibus afflictis solamina cœlica reddes.
Ac mœstis animis gaudia magna dabis.

Protinus ærumnâ ægrotos relevabis ab omni;
 Fasque erit elisis surgere et ire pede.
 Mox libertatem concedes compede vinctis,
 Ipsorum faciens vincula fracta citò.
 Protinus Angelico devotos Pane cibabis,
 Atque tuo vitæ flumen ab ore fluet.
 Largius in campis cornu fundetur abundans;
 Ætas incipiet aurea, et herclè nova.
 Plurima messis erit Domini diffusa per agros,
 Lacteque manabit, melleque dura petra.
 Tanta solet Patris virtus miracula ferre;
 Tantaque signa fides Præsulis alma facit.
 Præsule sub sancto vixisti in flore juventæ,
 Qui benè te docuit vivere et innocuè;
 Munia jam pridem didicisti Antistitis alta,
 Et sanctis monitis Præstitis usus eras.
 Præditus ingenio, et dotatus corde benigno,
 Jam celebrabaris gnarus, homoque pius.
 Quis te non sanctum præsentiet esse futurum?
 Quis non prævideat cœlica dona tua?
 Magnos Prælatos superabis dote loquelæ,
 Nam natura Tibi munera abundè dedit.
 Et quos Pontifices habuit Turiaso beata,
 Qui quoque in altari perpete honore nitent,
 Protinus æquabis merito et pietate supernâ.
 Cur non sanctus eris, si optima dona teneas?
 Nobilis, et sapiens, et dulcis Episcopo, salve:
 Ipse tuæ plebis sanctificator eris.
 Salve etiam, tanto, Turiaso, juvamine digna,
 Quæ pia Pontifices maximo amore colis.
 Te Deus amplifico dotavit Præsule nuper,
 Qui te cumprimis ipse beare cupit.
 Et te felicem faciet discrimine in omni;
 Namque ejus pietas, ingeniumque potens
 Dulciter impulsum præstabit pectori amanti,
 Quod gregis ardenti flagrat amore sui.

Porro novus Præsul, qui cœlitus est tibi missus,
Tantum lætus erit prosperitate tuâ.
Excipe jam gremio et teneris amplexibus ipsum,
Poplite deflexo suscipe grata Patrem.
Te in sanctæ Triadis benedicet nomine lætè,
Inque tuo vitæ semina corde seret.
Salve, ter salve, perquam Turiaso colenda,
Urbs quia non similis substat in orbe tibi.
Tuque, Pater sapiens venerabilis, esto beatus,
Proque tuo servo sæpè precare Deum.
Immemor haudquaquam remanebis Vallisoleti;
Nam Castella suos maximo amore colit.





AD PATRITIUM JUNIOREM.



ACROSTICHIS.

Cuncta tibi Hesperiae reverens Ecclesia pridem,
Ample Vir, extimuit; postea res aliter.
Nullus enim poterit Præsul te non deamare,
Atque tuas dotes nemo tacere valet,
Lectum quandoquidem vas cœlitûs esse videris,
Et magnis niteas dotibus ipse tuis.
Jus et justitiam, præsignis quippe Minister,
Apprimè et scitè jugiter ipse facis.
Selecte oh juvenis, patriæ spectabile lumen,
Accipe quæ ex animo nunc tibi vota fero.
Vivere te cupio per longos Nestoris annos,
Et multis patriam posse beare bonis.

1889.





AD EMINENTISSIMUM DOMINUM
ARCHIEPISCOPUM LAVIGERIE;

S. R. E. CARDINALEM,
SERVORUM REDEMPTOREM, ET APOSTOLUM.

ODE.

Inclyte, et alte Geni, gressu qui ingente gigantum
Currere per Domini concupis ipse vias;
Quique ad salvandos, servorum nomine, fratres,
Ire per arduas appetis usque plagas:
Magnates Africæ exoptas, in nomine Divi,
Ut servos redimant, et reverenter ament.
Te spectant cœli, te tellus anxia spectat,
Dùm tantum cœptum, tantaque gesta paras.
E cœlo Ecclesiæ descendens lumine dives,
Et portans labarum firmiter ipse manu,
Regna vel imperia Europæ, molimine lustras,
Ipseque, Principibus cœlica verba facis.
Regibus et populis de æterno jure loquendo,
Magnos et parvos jussa superna doces.
Ipse recordaris Christi præcepta suprema,
Qui cunctos homines prædicat esse pares;
Qui neque judæos, neque græcos, utpote tales,
Præfert, sed cunctos sidera ad alta vocat.
Vellere ab humanis crimen radicibus ardes;
Et nonvis posthæc plasmata vendi et emi.
Tu pro Mancipiis a durâ conditione
Arcendis, vitam prodigus ipse voves.

Magnus discipulus Christi vel Apostolus extas,
 Atque Redemptoris nobile pergis opus.
 Enormes obices, et magna obstacula vinctes,
 Quæ dirus Satanæ conseret ante pedes.
 Impia consilia evertes in nomine Christi,
 Vinculaque dirumpes ferrea mancipiis.
 Non homines, hominum servos, Deus ipse creavit;
 Sed saltem fratres condidit, aut socios.
 Isto cum nitido, vexillum, lemmate scriptum,
 Portans, et Christi dogmata sancta sequens,
 Nulla times terræ, pontivè pericla subire,
 Nec pravo homines promptus adire paves.
 Non Crispi insidias metuis, neque tela inimica;
 Te nec in incepto detinet ipse Satan.
 Servandi servos munus tibi Papa benigne
 Tradidit, et citius nobile inibis opus.
 Non homo vendetur, nec emetur mercis adinstar;
 Non ultra hoc magnum fiet in orbe nefas;
 Namque tuæ magnæ virtutis virga resistet,
 Et jus naturæ denique fiet ovans.
 Te Deus e cœlo Patronum suscitât amplum,
 Et tu respondes summus in orbe Gigas.
 Salve, præcellens oh Pastor, et inclyte Princeps!
 Salve, servator maxime stirpis Adam!
 Vox tua jam resonat, tamquam Jovis ipsa tonantis,
 Atque ejus strepitu fracta catena cadet.
 Ardentes Africæ regiones vox tua complet;
 Dulcèque jam cunctis auribus ipsa sonat.
 Vox tua, multipotens, non disperdetur in auris,
 Nam virtute Dei prædita, signa facit.
 Justitiæ ad sensum convertis ubique monarchas,
 Qui ex magnâ spondent parte juvare tibi.
 Regna suis opibus magnis utentur, et armis,
 Ut gestis faveant, consiliisque tuis.
 Magnæ molis erit commercia prava abolere,
 Quæ scelus humanis, opprobriumque ferunt.

Tu solus Ductor, virtute indutus, et Ostro;
 Et tamquam Moses, fuste virente pōtens,
 Per cunctos facies populos portenta superna,
 Jusque sacrum servis, lætitiāque dabis.
 Namque Vir es magnus, summis virtutibus auctus,
 Cœlitūs humanis munera ad alta datus.
 Cor pietate tuum flagrat, prout igne caminus;
 Quapropter servos, pignora cordis, amas.
 Mille dares vitas pro libertate tenendā
 Unius servi, si ista necesse forent;
 Tu verè es Genius, perquam mirabilis heros,
 Quem nostrum sæclum voce fremente petit;
 Quem verè a cœlo reverenter postulat alto,
 Ut salves servos, servitiumque vetes.
 Solus ab orbe vales tam magnum tollere crimen,
 Namque Dei virtus fulget in ore tuo.
 Ipse Dei digitus resplendet in omnibus actis,
 Quæ tibi committit maximus orbis Herus.
 Magnus Papa Leo, quem nullos in orbe peræquat,
 Quique Dei in terris fræna, vicesque gerit,
 Te jubet immensas africanas tendere in oras,
 Ut vites homines venditione dari.
 Omnis homo est pretio divini sanguinis emptus...
 ¿Cur hominem flocci vendit iniquus homo?
 ¡Oh! tantum crimen minimè queat amplius esse!
 Talia ne posthac scelera patret homo!
 Ito, magne gigas, servorum sancte redemptor;
 Ut tristes redimas; pergito Golgothæ opus.
 Sufficiat pretium divini, almique Cruoris,
 Pro cunctis fusi mancipiis, et heris.
 Jam non argento vendatur plasma, vel auro:
 Liber homo, ac heres fiat, in orbe, Dei.
 Ito, benigne Pater, sapiens ac inclyte Princeps;
 Servitium dele, et protege pauperiem.
 Sic tibi posteritas jucunda et grata manebit;
 Atque tuum nomen sæcla futura canent.



AD MUNIFICENTISSIMAM FÆMINAM

Mariam Gwendolin Caldwell. (1)




ODE.

Fœmina honoranda, et nimiùm generosa Maria,
Quæ Americæ illustras fertile sola solum;
Splendida quæ luces ut stella, colenda Virago,
Et pia catholicum nomen ad astra levas;
¡Oh, tua, prodigium, largitio maxima valdè,
Nobile cor hominum commovet atque beat.
Biblica jam mulier celebraberis altera junctim
Paupere cum Viduâ, quæ pia dona dedit.
Vox hominum viduæ fervorem prædicat amplè;
¿Quis tamen audebit gesta silere tua?
¿Quænàm lingua tuum poterit non pangere factum
Omnia quod superat terrea dona nimis?
Splendorem Regum tua munificentia vincit,
Cum templum Sophiæ construis ære tuo.
Imperium Christi, ac ejus documenta sacrata,
Per scitos homines tradita in Æde novâ,
Protinùs immensè, extendentur, nubis adinstar,
Quæ magnas replet rore madente plagas.
Gymnasium præstans, ubi seria dogmata Christi,
Cum disciplinis omnibus ingenuis,

(1) Esta respetable dama de New-York ha donado para la fundación de la Universidad Católica de aquella ciudad la fabulosa suma de quince millones de pesetas.

Jugiter accipiat studiosa et clara juvena,
Thesauris ardes ædificare tuis.
Nobilis herois, salve, quia tanta talenta
Ad sanctos Christi projicis ipsa pedes.
Inclÿta te pubes celebrabit maximo amore,
Atque tui vivet casta juvena memor.
Te quoquē prudentes extollent laude perenni;
Teque tubis centum nuncia fama canet.
Sanctum mo'imen mirā dulcedine navans,
Convertis nummos lilia in alba tuos.
In flores nitidos, qui exornent Cœlitis hortum,
Aurea convertis multa talenta tua.
¡Magnum miraculum, largitio cœlica valde!
¡Oh mulier felix, atque beata nimis!
Cuncta per æva tuum nomen celebretur in orbe,
Atque tuas laudes concinat orbis hians.
Ipsa tibi statuam sacras in jaspide et auro,
In vitæque librō scripta perennē manes.
Fœmina tu cunctas superas, quas Biblia laudant;
Tu magnos procures gesta patrare doces.
Tu quoque sola doces gazis generosiùs uti,
Cum tantas Divo, maximo honore, dicas.
Ardorem fidei claro splendore fateris,
Atque tui pandis pectoris ipsa focum.
Mensuram fidei sublimibus actibus æquas;
Et prout es grandis, grandia cuncta facis.
Præmia suscipies condignè cœlite ab alto;
Donaque te cœli centuplicata manent.
Sospes at interea argumentum suscipe amoris,
Quem tibi christiadum turba fidelis habet.
Hæc agit æternas grates tibi, Fœmina magna,
Et pro te fundit supplice voce preces.
¡Oh, utinam felix per tanta decennia vivas,
Quot sunt nummorum millia spontè data!





SENTENTIA

SANCTI FRANCISCI XAVERII.



Nempè sumus aquilæ peccata aliena videntes;
.....At cæcæ talpæ cum nostros cernimus actus.



ALIA SANCTI AMBROSII.



Scire tacere benè est multò magis inclyta virtus,
Rarior, et melior, quam benè scire loqui.





SUPER TUMULUM

PRÆSTANTISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOM. P. FR. PETRI PAYO,

ARCHIEPISCOPI MANILIENSIS,

PIA LAMENTA.



ELEGIA.

¿Quemnam rumorem, protractum fune sub undas,
Dira electricitas attulit Hesperiae?
¿Quæ pia lamenta ad nostras, super æquora ponti,
Perveniunt aures? ¡Proh dolor! Ille Pater,
Guzmani soboles, pius Archiepiscopus, amplius,
Qui philippinum pavit amore gregem,
Longum posteaquam cursum splendore peregit,
Jugiter adjungens cum pietate fidem,
Cortice deposito, radians super astra tetendit,
Et liquit terræ labile, triste solum!!
Ille Magister amans, Indorum providus altor,
Qui omnibus, in vivis, omnia factus erat;
Ille pater patriæ, et populi Protector iberi,
Qui, ortâ theutonicâ lite, vir impavidus,
Ipse ciens animos, et plebis robur et œstrum,
Hispanas vires auxerat atque decus,
Amplexu et planctu stipatus nempè suorum,
Dormiit in Domino!! ¡¡Patria, mœsta geme!
Parcere namque nefas lacrymis præ funere tanto!
India, tutorem plange, Ducemque tuum!

Defleat excelsum columen venerabilis Ordo,
In cujus sospes fulxerat ipse sinu!
Quantumvis Sanctus vivat super æthera Pastor,
Hanc teneantque fidem pectora christiadam,
Numquid oves poterunt Patris non plangere funus?
Quis siccis oculis tot mala ferre potest?
Orphanus Indus eum si in cunctum perdidit ævum,
Fas erit ut lacrumæ mœsta per ora fluant.
Bis quater, ad minimum, si millia mille animarum
In tam longinquis sunt sinè Patre plagis;
Si nostræ gentis pars est obnoxia forsam
Alterius gentis jactibus atque dolo,
Quomodo non patriæ plorabit filius omnis,
Cum patriæ periit Duxque, paterque simul?
Haud mirum si hodiè civis comploret iberus,
Irriget ac omnes proflua gutta genas!
Jure tuum nitidum defles, Gallæcia, scutum!
Jure tuum plangis, pulchra Corona, decus!
Splendida, et ampla, tuo pro Patre, Manilia, plora;
Uvida sint fletûs imbris ora virûm.
Nec certè lacrymis satiùs persolvere quibis,
Quæ benefacta pius fecit abunde tibi.
Quæsiit ipse tuum progressum prorsus honestum,
Et libertatem textit ubique tuam.
Ipse Potestates rectum, justumque monebat,
Et pacis Mentor, politicesque fuit.
Inclyte Dominici sapiens, spectabilis Ordo,
In cujus gremio splenduit ipse Pater;
Sol tuus occubuit! Jam lumina ad astra levato,
Atque pias lacrymis junge perennè preces.
Supplice voce Deum, totoque ex corde precare,
Ut nova sit citiùs lucida Stella tibi.
Spiritus immunis venerandi Antistitis adstet,
Ut tibi subveniat cœlitûs absque morâ.
Præsulis influxus tam sancti, ex culmine cœli,
Non orbos Fratres deseret ipse diû.

Cœlitis ad solium sanctis pro fratribus orat,
 Ejusque excipiet fervida vota Deus.
 Cùm magno Alberto, et Thomâ, magno ejus Alumno,
 Cumque Pio Quinto, et porrò Cohorte piâ,
 Qui in celso cœlo per sæcula cuncta beantur,
 Pro te, Dominici, postulat, Ordo sacer,
 Protinùs ipse tuas lacrymas siccabit amanter,
 Convertens curas jubila in alta tuas.
 Guzmani ex hortis forsàm flos exeat albus,
 Qui orbum mox possit lætificare gregem.
 Lilia namque tuo inveniuntur fulgida in horto
 Plurima, aromatibus, luceque plena nimis.
 Gaudia sic iterum præclara Manilia habebit,
 Si tua det Patrem candida fortè Cohors.
Archi tunc pelagus reverà jubila magna,
 Siccatis lacrymis fusiùs exciperet.
 Non aliàs Indi lamenta remittere possent;
 Natio non aliàs nostra beata foret.
 Namque in Prælati, Guzmani Prole coruscâ,
 Et sophia, et virtus semper abundè nitent.
 Sic ego proptereà, dùm Patris congemo mortem,
 Qui Philippinis Metropolitâ fuit,
 Fervidus in cœlum clamores elevo juges,
 Guzmani ut natis det benedicta Deus:
 Tristemque ærumnam, quæ affligit pectora, tollat,
 Et det eis pacem, lætitiâque piam.
 Hæc mea sunt, Fratres, quæ expromo, vota severa;
 Jacturam tanti Præsulis ipse fleo.
 Attamen in cœlis cepit jam præmia felix,
 Et tamquam Sidus, perpete luce nitet.
 Decessum Patris nonvult natura silere;
 Sancta fides lacrymis parcere sæpè monet.
 Defleo quos orbos Pater in tellure reliquit,
 Sed Patrem veneror, et benedico Deum.
 Pronus adoro Deum, qui ipsum super astra locavit,
 Ac ejus Sancti postulo fretus opem.

Ecce tuum posco, cœlestis Petre, favorem;
Ecce tuum nomen fervidus ipse voco.
Frater ego minimus, verè minimusque sacerdos,
Cui pridem licuit pangere gesta tua;
Hunc tibi commendo vero fervore rogatum,
Quem Divi ad solium flagito ut ipse leves:
Prosperus ut crescat sanctus, venerabilis Ordo,
Qui totum mundum dogmata vera docet.
Ne sanctam prolem Guzmani funus acerbum,
Vel fatum vexet, vel mala dura premant.
Hispanum Clerum, pro te migrante gementem,
Respice de cœlo, reddeque lumen ei.
Me, demùmque tuas qui laudes concino metris,
Protege, et in dubiis auxiliare, precor.





¡Excelsior! ⁽¹⁾



(VERSIO LATINA.)

¿Cur viles animæ, cur sordida pectora nunquam
Gnaviter in duro vitæ luctamine certant?
Spiritus humanus tantò constantior extat,
Quò magis extendit, surgens, super astra volatum.
Imâ in planitie cœnum Deus ipse locavit;
Montis in elato firmavit vertice rupem.
Candida nix subitò depressâ in valle liquescit;
Collibus in celsis per sæclum fulgida perstat.



(1) Composición original del eminente poeta y académico Señor Nuñez de Arce. Hállase en los Gritos del Combate.



AD VOLTARIUM. ⁽¹⁾



(VERSIO LATINA)

Perreus, atque ferox aries, teterrimus extas....
Nil tua non perimit præceps ironia læva...!
Pulvere sub fœdo, qui operit tua marcida membra,
Stridet acutus adhuc strepitans tuus ille cachinnus.
Ferreæ clava tuæ satyræ quatit omnia vera,
Quæ genus humanum sincerâ in mente tenebat,
Ac hodiè cæcæ soboli proponis Adami
Nempè ducem cæcam, rationen lumine cassam.
Jam gerit influxum super immortalia fata
Libera relligio sensorum, sivè idearum;
Jamque fides miserè, et Christus titubare videntur,
Cunctaque flammigeræ illustrent mysteria tœdæ...!
¿Annè eris invictus? (2) Voltari, sis maledictus!!!
Te æternus Judex æternum jecit in ignem!



(1) Soneto original del mismo Sr. Nuñez de Arce.

(2) En estos dos últimos versos la traducción es libre.



Ad Marchionem de Villafuerte.



EPISTOLA.

Euge, mei versus, obstricti funibus atris,
Pauperie oppressi, queis sinè luce diù
Obscuram capsam licuit pro carcere habere:
Euge, quia in vestrum Vir venit auxilium,
Qui tamquam locuplex Mæcenas, dexterâ apertâ,
Vos mandare typis devovet ære suo.
Ite, ut hero vestro grates cum júbilo agatis,
Notitiamque polum Fama in utrumque ferat,
Veste novâ induti, phalerati, et perbenè lauti,
Scrinia amicorum visere abite citò.
Ite quoque in pagos, villas lustrate feraces,
Vos ubi concepi robore phantasîæ.
Currite ad amplexum juvenum cum maximo amore,
Atque fores sacras tangite gymnasii.
Marchio præsertim VILLÆ cognomine FORTIS,
Unicus est vobis semper amandus herus.
Vos ego si reperi, saltem fuit ille Patronus,
Qui nomen vobis indidit atque decus.
Tunc quoque, si liceat, regiones tendite ad altas,
Namque et ibi audiri suescitis aure piâ.
Ad sacram Romam rectum quoque ducite cursum,
Pérpes ubi Sedes permanet alma Petri.
Ante lyræ Regem, qui animas et dirigit omnes,
Poplite deflexo, sistite, ut ante Deum.

Ipse Dei Viri sine labe Vicarius extat;
 Ac sæpè ut talem vos cecinistis Eum.
 Non alius Dominus romanâ regnat in Urbe,
 Hunc licet exspoliet prædo, ferusve latro.
 Mox gaditanas jucundè tendite ad oras
 Visere qui in ponto munera Regis aget.
 Nempè minister erit Neptuni gnarus iberus,
 Mundi miraculum, qui maris est et herus.
 Rex elementorum cuncto celebratur in orbe,
 Jamque sophos inter dicitur esse prior.
 Hisce meis verbis Naclero ferte salutem,
 Dummodò catholicam prædicet ipse fidem.
 Si vero Christi leges vel dogmata temnit,
 Sit quamvis aliàs Ductor in orbe cluens,
 Dumtaxat Divum, sophiæ cantate Satorem,
 Quatenùs humanos abdita scire facit.
 Postea velocem valdè extendendo volatum,
 Ad nostros placidos indè redite Lares.
 Hanc modò Basilicam Legionis pangite plectro,
 Jam restauratam, conspicuamque nimis.
 Aëream turrem geminam meditaminor altè;
 Cernite cœlatas jaspidis effigies:
 Marmoris electi capitella politâ, coronas,
 Ingentes pilas, gothici opusque styli,
 Artis prodigium, quod gnari ad sidera tollunt;
 Hæc, et non aliud, jam, mea musa, canas.
 Dulciter ingredi in templum venerabile, et alium,
 Atque ibi, deflexo, carmina psalle, genu.
 Tamquam nictycorax asconsus rupe sub altâ,
 Nos ita debemus degere in Æde Dei.
 Cantica cum precibus fundemus nocte dieque,
 Angelicosque choros sic imitemur ibi.
 Ampla sub excelsi laquearia sistere templi
 Jam nobis liceat, candida Musa mea.
 Exhinc ad cœlum postremo oportet eamus
 Ut carmen liceat psallere jube Deo.



AD DECESSUM PRÆSTANTISSIMI
COMITIS DE TORENO.




ELEGIA.

Nobilis Asturiæ regio, celeberrima tellus,
Quæ tamquàm proprios heroum concinis actus,
Duraque natorum comploras fata tuorum;
Plange, quia heu! celso de cœlo concidit astrum,
Lumine quod nitido non pridem te recreabat!
Lux tua defecit; cecidit jam Stella polaris,
Quæ te continuò rebus ducebat in arctis!
Qui te in Comitiiis ferventiùs, ore diserto,
Sæpè tuebatur, tamquam ductorque, paterque,
Exiit e vivis, lacerante dolore propinquos!
Qui te præ cunctis deamabat pectore ab imo,
Et tua constanter curare negotia avebat,
Ac patriæ zelo semper, studioque flagrabat,
E terrâ fugit magno plangore suorum!
Cantaber ac astur complotent insimul illum!
Congemat Hesperia heu! tanto viudata Patrono;
Ne parcant lacrimis Magnates gentis iberæ,
Namque suum Speculum, turbatâ luce, perivit!
Nobile Comitium, nigro velamine opertum,
Defleat extinctum, sibi quod præfulxerat astrum;
Qui tot multoties dotes moderaminis alti
Edidit, et puros mores monstravit ubique,
Civibus expromens decoris documenta probati,

Jam vitâ functus desertos liquit amicos!
 Rustici et agricolæ fletu ne plangere cessent,
 Namque suum durâ pœnâ amisere magistrum!
 Et quia non æquis lacrimis mare prorsus abundat,
 Cum quibus exanclet pro tanto heroë dolorem,
 Doctrinas ejus saltèm sectetur iberus.
 Regula virtutis fuit ejus publica vita;
 Privatim verò prout angelus ipse nitebat.
 Et si, politicis quandoque ligatus amicis,
 Rem non laudandam tantummodò fecerat unam,
 Non semel errorem declarans ipse piavit,
 Et cordis lacrimis peccamen sponte lavavit.
 Oh Comes insignis, cujus nunc spiritus almus,
 Cortice deposito carnis, super astra moratur;
 Ne exorare Deum cesses pro nomine iberi,
 Et pro plebanis, qui diro errore subacti,
 Solvere vi intendunt perquàm problema tremendum,
 Quod tantos homines magnâ formidine pulsat,
 Verè opportunè licuit tibi linquere terram,
 Vepribus expletam, multo plenamque dolore;
 Cum turbatores mundum conquirere jactant,
 Cunctaque vi numeri brutâ subvertere quærunt,
 Expedit e tumulto ut nunquam caput ipse reducas,
 Sed longè a terris requiescas perpete pace.





AD PRETIOSAM MORTEM
PRÆSTANTISSIMI MARCHIONIS
DE SANCTO STEPHANO.



ELEGIA.

Oh decesse Procer, qui rectè vivere adeptus,
Tantò etiam meliùs nactus es ipse mori;
Tu diras lacrimas miserandâ in valle relinquens,
Præmia in excelsâ suscipis Arce Dei.
Porro tuos natos et amicos plangere cogis,
Dùm tibi luce frui perpete nempè licet.
A mûndo longè, vel delectabili in horto
Dulciter abstractus, vanaque despiciens,
Et sæcli pompis, pietatis amore, resistens,
Pauperi, et agricolæ dulce juvamen eras.
Jugiter exemplum Magnatibus ipse ferebas,
Et socius famulis, verus amicus eis.
Liber ab invidiâ vivebas prosperè et amplè,
In cælum semper lumina fixa levans.
Æternè felix veneraberis, atque beatus,
Grandis enim fueras, corde humilisque simul.
Et quia pauperibus, certè esurientibus olim,
Sæpè tuum panem lætè et abundè dabas;
Et quia tunc inopes clamantes ipse fovebas,
Innitebaris sæpè docere piè,

Te Deus exceptit, credo, super æthera in ævum,
Ut promissa bonis dona tenere queas.
Non pro sorte tua plorabo, spiritus insons,
Nam mea te salvum dictitat esse fides.
Te nati plangent, et neptes, atque nepotes,
Namque tuo tenero visu et amore carent.
Te plorabo, meam si attendero in utilitatem,
Nam meus in primis dulcis amicus eras.
Et quoquè pauperibus pro tristibus ipse gemiscam,
Quos fulcire tibi nobile erat studium.
Jugiter in tristi valle illacrimabimur omnes,
Excelsas dotes commemorando tuas;
Dùm benè tu intereà, a cuncto peccamine liber,
Æternis possis sedibus ipse frui.





AD PRINCIPEM LUDOVICUM PHILIPPUM,
DUCEM AURELIANENSEM.



ODE.

Fortis, et insignis juveni, spectabilis Heros,
Magnorum Regum jam celebrande nepos;
Exemplum juvenum, lumen, speculumque virorum,
Quos patriam colere, et jura fovere doces.
Cum certè ætatis complesti lustra quaterna,
Militiæ nomen, robur, opesque voves.
Verè inimicorum mentes, animosque ciendo,
Cuncta tui ingenii viribus cæstra moves.
Te jamjam fortis præmonstrat Gallia Regem,
Ac populi instinctus deligit atque probat.
Fronte tuâ in pulchrâ genii jam flamma coruscat,
Ut magnos possis exuperare Duces.
Jam Ludovicos summis virtutibus æquas,
Qui quondam patriæ tanta dedere bona.
Demissos gallos super alti sidera cœli
Tu exaltare potes, Cœlitis usus ope.
Euge adolescentum gallorum duxque, jubarque;
Quamvis in vinclis hostia pura manes,
Et licet infensis patiaris in hostibus ægrè,
Mens, animusque tamen robore plenâ vigent.
Non genus heroum juveniles computat annos,
Nec magnos juvenes visque, metusque premunt.

Tu turbatores polles frænare tyrannos,
 Ac ipsos breviter radere nactus eris.
 Vincula quæ nunc nunc pateris sunt gallica vincla;
 Ast in gallorum pectore habes solium.
 In te sunt hodie gallorum lumina fixa,
 Virtutemque tuam publica fama canit.
 Selectam pubem præclaris allicis actis,
 Cui tecum superest gloria magna nimis.
 Te duce, fortassis subeuntes magna pericla,
 Gloriæ ad elatum culmen adire vovent.
 Sortis, et immensi tecum fastigia honoris
 Protinùs attingent, nempe favente Deo.
 Pravos e patriâ latrones ense fugabis,
 Et cunctos coges jugiter esse pios.
 Porrò fidem Christi gallorum in corde repones,
 Atque bonos mores ipse docebis eos.
 Pipini, et Magni Caroli vestigia sectans,
 Pacem, divitias, commoda summa nimis,
 Et libertatis pretiosa charismata reddes,
 Corporis, ac animæ pleraque dona dabis.
 Nunc verò appares prout astrum lumine dives,
 Ut cæci videant, atque caligo fluat.
 Esse pius pergas, generose et maxime Princeps,
 Nam sic in magnis regibus amplius eris.





POSTREMÆ COGITATIONES
SERENISSIMI PRINCIPIS,
DUCIS DE MONTPENSIER,
ET AD MORTEM, PER EJUSDEM CHRISTIANAM VITAM, PRÆPARATIO.

« Gallica me genuit dudum celeberrima tellus;
Inelyta at Hesperia est altera terra mea.
Ad mundum veni regum de sanguine natus
Inter delicias, quas nimis ambit homo.
Otia deterrens, vigilisque laboris amicus,
Nil vanum feci, nec puerile quidem.
Temporis haud unquam jacturam sospes obivi,
Atque juventutis limpida vita meæ.
Uxorem meritis, virtute et nomine ditem
Duxi, quam felix atque beatus amo.
Cum multis Uxor natis et plurimo honore
Gaudia summa mihi, summaque dona dedit.
Attamen ¡heu! quosdam natos, in flore juventæ
Decessos flevi...! Filia magna mea,
Regina Hesperiae, memorandi Sponsa Monarchæ!
Me tua mors fregit, corque dolore scidit...!!
Cum turbatores furibundi gentis iberæ
Conspicuum solium diripere truces,
In mentem subiit populum servare decenter,
Uxori sceptrum conciliando meæ.
Nam quæ centenos atavos, benè fræna regentes,
Historiæ in fastis computat Hesperiae,
Digna erat ut potiùs solium splendore teneret,
Quàm quidam Princeps, qui advena forte foret.
Postea cum regni jam restauratio faustè
Facta est, egregio Rege tenente thronum,

Viribus ex cordis totis animoque fideli,
Tutamen regno præstiti, et auxilium.
Robur, opesque meas, fuerint si fortè necesse,
Offero ad arcendum dedecus Hesperiae.
Nunc a politicis rebus procul esse cupisco,
Et vitam tacitam fortè beatus ago.
Liber ab invidiâ, et præstans, ut civis honestus,
Plerisque exemplum. servio sic patriæ.
Regia progenies atavorum gesta recorder,
Ut natos doceam grandia facta sequi.
Non tamen illectus magnalibus exto meorum,
Sed puris potiùs moribus ipse fruor.
Dulciter a curis alienus victito in agro
Prosperus, atque meæ, dives amore domûs.
Rem benè adaugere, et splendenti vivere cultu,
Me duce, jam procures discere ritè queunt.
Me labor imprimis, ac ordo superflua vitans,
Etsi aliàs largus, munificusque forem,
Inter Primates Europæ contulit altos,
Quis forsam gazis longiùs exsupero.
Ipse tamen minimè thesauros congero in arcâ,
Sed multos inopes sublevo amore Dei.
Ære meo fabros sustento mille quotannis,
Pluresque agricolas nutrio pane meo.
Me patrem dicunt inopes quos Bætica servat,
Et tali titulo glorior ipse satis.
Me juvat auxilium afflictis et tristibus esse,
Sicut Evangelii cœlica jussa monent...»
— Talia magnificus Princeps in mentè revolvens,
Verbis conformans omnia facta sua,
Felix degebat, lustrando prædia magna,
Cùm parca immani falce peremit eum!
Magnam lætitiâ subito dolor occupat atrox!
Ac ingens plangor tristis ubique sonat!
Per patriæ fines luctus distenditur omnes,
Atque genas hominum proflua gutta rigat.

Nobilis Antoni, Princeps generose et amande,
 Vivere cui licuit digniùs atque mori
 Cortice deposito carnis, jam sidera scandis;
 Præmia ab Æterno summa parata tene.
 Te hispanus populus cunctum memorabit in ævum,
 Exemplisque tuis magnificatus erit.
 Gens hispana tuum lacrimis, precibusque sepulchrum
 Sedula honorabit, votaue sacra feret.
 Interea, oh Vidua insignis, dignissima Princeps,
 Quæ pia decessi Principis uxor eras;
 Si quando lacrimis possis lenire dolorem,
 Has intermittens, perge bonas operas,
 Quas non confectas liquit tuus ipse Maritus,
 Et sic posteritas te benedicet amans.
 Quamplures vivas nimiùm celebrata per annos,
 Propter virtutes pluraque dona tua.
 Exempla, et merita imprimis, dotesque Mariti,
 Dùm sospes fueris, Fœmina, perge, pia.
 Sponsi perficiens operas inceptaque magna,
 Ditibus ipsa places, pauperibusque juvas.
 Denique cùm meritis concrescas, atque diebus,
 Sede videbis eum vivere in æthereâ.
 Rivulus e Sponsi thesauris effluat auri,
 Postque tuos gressus aurea grana micent.
 Sic thesaurizant qui cœli culmina quærunt;
 Sic agit Hesperiae regia progenies.
 Sic agis, oh Regum magnorum clara propago;
 Fœmina sic humilis vivis, et alta simul.
 Pectore iberorum semper regnabis in amplo,
 Qui tamquam Matrem te veneranter amant.
 Teque ideò Viduam, magnoque dolore gementem,
 Hispani fixam mente et in ore tenent.
 Porrò tui mortem complorant Conjugis atram,
 Atque preces tecum sidera ad alta levant.
 Et quia jactura est minimè reparanda per ævum,
 Versibus his lacrimas tergere quæro tuas.



AD PETRUM II,

magnificum Brasiliensem Imperatorem,

POST EJUSDEM INIQUAM DEPOSITIONEM.



CARMEN ELEGIACUM.

PETRUS AD BRASILIENSES.

¿Quid, popule inconstans, tibi non telerabile feci,
Aut quid commissi futile, turpe, malum?
Te magnum feci, et summo molimine ditem;
Te nimis instruxi, te veneranter amo.
¿Cur me de solio probrosè dejicis alto?
¿Quid me persequeris, quidve furore petis?

Populus

Magnus es, et sapiens perquàm celebrande Monarcha;
Te tamen abjicimus; nolumus imperium...!

Imperator.

Gentis ego nostræ vexillum sustuli honestè;
Me exteri et indigenæ perpete laude colunt.
Te immunem statui; magno te munere pacis
Largè donavi; jura verenda tibi,
Et scitas leges tuli, et omnia dogmata sancta,
Quæ prodesse queunt civibus utilia.

¿In quo peccavi, ut tamquam lupus, ipse repellar?
¿Cur mihi, responde, tot mala retribuís?

Populus.

Magnas spontè tuas virtutes noscimus omnes,
Attamen herclè tuum pellimus imperium...!

Imperator.

Servos innumeros, qui libertate carebant,
Nuper heros feci; juraque contuli eis:
¿Nonnè fui populo clemens ductorque, paterque,
Et verus plebis prosperitatis amans?
¿Nonnè ego sollicitus vestri curator honoris,
Qui plebi semper commoda quero meæ?
Si malè nulla unquàm graviora negotia gessi,
¿Cur me nequitia pellis, et opprobrio?

Populus.

Dicere, magne, tuas tandèm, Rex, desine dotes,
Plebs sumus, et regimen libera plebs renuit.

Imperator.

Brasiliensis amat plebs maximo amore Monarcham,
Ingrati cives, et sinè honore viri
Perfidi, et infames, quos prodigus amplificàram,
Sunt detractores, carnificesque mei.
Me plebs non prodit, quia patrem me veneratur;
Nomine sunt equites, militiæque duces,
Quos trahit ambitio, ut patrent ignobile crimen
Tradendi justum, qui benefecit eis.

Populus.

Nos seduxerunt coryphæi, magna voventes,
Jureque jurando quisque sequetur eos.

Justitia Dei.

Perfida plebs effrons, cunctum maledicta per ævum!!!

¿Annè audes Regem temnere magnificum?

¿Nùm patrem renuis, qui tot benefacta et honores

Est tibi largitus? ¡Plebs scelerata, treme!

Denuò eris serva, et vili afflictata labore;

Dura tyrannorum, strictaque fræna feres.

Pervigil ambitio, furiosa ducumque libido,

Vis, latrocinium, tota cupido mala,

Mox super hunc populum durissima sceptrâ tenebunt!

Pauperies faciem promet ubique nigram.

In tristes iterum servos vertemini in ævum...!

Infidus populus verbera dira meret.

Vestra ita terrifico peccata piabitis orco,

Nam vestro ingrati turpiter estis Hero.

Poëta.

Maxime, et infelix, sapiens, tristisque Monarcha,

Cui sors heroum contigit atra nimis;

¿Quid post Thaborem superest nisi Golgotha amarus?

Postmodò ¡macte animo! laurea sarta geres.

Si tibi latrones fluxam rapuere coronam,

Et verè injusti non tibi restituunt;

Qui in cœlis habitat, dominorum Rex, Dominusque,

Immarcescibilem det tibi mox aliam.

Intereà regnes, oh Petre, in corde virorum,

Qui tua, mirantes, grandia gesta vident.





AD SECUNDUM CATHOLICUM
CONVENTUM HISPANIENSEM,
CÆSARAUGUSTÆ CELEBRATUM.



Praelustres Patres, iterùm qui in nomine Christi
Et Papæ assensu sistitis ante greges;
De regnoque Dei et rebus socialibus altis
Plurima tractantes, ritè docetis eos:
Israël vigiles ductores, atque Magistri,
Quorum doctrina, e vivificante foco
Ut lux irradians, populos illustrat iberos,
Et plures alios allicit atque movet.
Cùm mundi ob strepitum vix verum percipit auris,
Cunctaque miscentur celsa vel ima simul;
Cùm tantis surgit confusio pseudoprophetis;
Cùm dira impietas dogmata sancta quatit;
Cùm turbatores, inimici pacis amandæ,
Et ferè pseudenedri vertere cuncta volunt,
Tunc vos, Pastores, fidei fulgentibus armis
Muniti, et freti Cœlitis auxiliis,
Ore pio ardentem clamores editis altos,
Sibili et ad sonitum turba fidelis adest.
Urbe in percelebri, quam sacra Columna decorat,
Ægide sub forti Virginis eximiæ,
Sacrum Conventum, nostrâ in regione secundum,
Verè magnificum prorsus, et absque pari,

Vos Papæ ad libitum placidè nunc cogere juvit.
|Euge autem, Patres, atque beata cohors!
Vobis ex animo reverenter gratulor alto,
Et vestras imo in pectore servo theses.
Cœtibus excelsis ego non assistere quivi,
|Heu! quia tunc certè temporis æger eram.
At quidquid vobis placuit stabilire statutum,
Et quidquid libuit sorte monere pari,
Talia perpetuò, ut mandata superna, tenebo;
Præsertim quidquid plebs veneranda petit:
Imprimis equidem civilis et ampla potestas
Detur Pontifici, liberè ut ipse gerat
Munia Pastoris, doctrinam detque salutis;
Dominium duplex, quatenùs ipse simul
Rex est legitimus, propriis ditionibus utens,
Atque Dei in terris munus, agitique vices.
Talia concordēs repetunt ubicumque fideles;
Hæc ego constanter corde reposco meo.
Cætera quæ in Cœtu scitè tractata fuêre,
Norma erit expediens, quam sequar absque morâ.
Vos ideò intereâ, Pastores gentis iberæ,
Maxime præsertim Nuntie Pontificis;
Et Te præcipuè, qui sacro murice fulges,
Conventûs Præses, voce saluto meâ.





PLANGOR MUSARUM
SUPER TUMULUM DULCISSIMI VATIS
Gumersindi Baverde Ruiz?



ELEGIA.

Ergo hispana suum præstantem grammata amicum
Orphana complorant...! ¿Nùm Gumersindus amandus,
De cujus labris scatuerunt flumina mellis,
Exiit e vivis? ¿Quid tristi murmure, fama,
Funeris enarras? Numquid pius ille poëta,
Qui sacrata choro cum nostro fœdera habebat,
Et sancto afflatu versus fingebat amœnos,
Occubuit miserè? ¿Scindantur corda dolore!
Heu! nobis liceat pulchrum deflere clientem,
Pectine qui aurato naturæ gesta canebat!
Funere pro tanto, musæ, jam jamque fleatis,
Et nostris lacrimis monumentum tingere eamus
Vatis, et oremus, Patremque precemur Olympi,
Collocet ut tantum citiùs super astra magistrum.
Talia pro lectis virtutibus ille merebat,
Qui rectam sophiam recolens ardore superno,
Ipse virùm fuerat scitorum consiliator.
Ipse pius fuerat doctor, pariterque severus,
Doctrinâ et meritis summè fulgebat ubique.
Heu! lumen rutilans Academia perdidit alnum,

Quod nostram linguam peracutis vocibus auxit!
Mentorem magnum deplorant litteræ iberæ,
Quæ sinè luce manent et tristes morte magistri!
Perdidit heu! tellus dilectum cantabra natum,
Gaudia qui patriæ peperit, lumenque, decusque!
Nobile Gymnasium, quod Compostella beata
Continet, heu! scutum, columenque amisit in ævum!
Musa mea infelix plausorem perdidit amplum!...
Plangite, et absque morâ, mœstæ lugete Camcenæ,
Et discant vates imitari exempla relictæ.
Is, licèt ægrotans, multo fervore vacabat
Artibus ingenuis, disciplinamque fovebat.
Cygnus ut emoriens, cecinit sua carmine fata...!!
Cœlitis in gremio congaude, spiritus insons.





EPITAPHIA.



I

Tristi hoc sub lapide exuviae sunt vatis amoeni,
Pangere cui licuit magna, docendo simul.
Tempus dimidians oratu et carmine dulci,
Vivere sic solitus, sic didicitque mori.

II


Hic Gumersindi arentes lapis occulit artus,
Qui doctor praestans, atque poeta fuit.
Cum pius is doctor, vatesque piissimus esset,
Quamvis non senuit, vixit abunde bene.

III

Marmor hoc insignis doctoris contegit ossa;
Ipse docens cecinit, magna canens, docuit.

Post. id. Oct. 1890.





AMABILIS PAUPERTAS.

Cùm primò latium sermonem discere cœpi,
Nondùm pauper eram, quia utroque parente fruebar.
Orphanus infelix! puerosque docendo latinè,
Pauper eram nimium, multoque labore refractus.
Postmodò præcelsum cùm scandi Presbyteratum,
Longè pauperior mansi, sacra munia complens.
Posteà cùm Parochi, ter gestum, munus obiivi,
Semper inops vixi, ac alieno strictus ab ære.
Cùm jam Canonicus sum nullo jure creatus,
Sal mihi tunc deerat vel aqua ad jus igne coquendum.
Cùm mox Metropolis claræ Archidiaconus essem,
Tunc mihi non ullam licuit retinere monetam.
Nunc autem quando me gloriøs esse Decanum,
Et quasi stellatum videor ferè tangere cœlum,
Deficit æs loculo, *mucusque pituitaque naso.*
¡Oh mea paupertas, quantum me concomitaris!
Tu me multiplici sectaris in ordine vitæ...
Te benè jam deamo, atque tuis amplexibus utor.
Non ego te reperi vitiorum fune ligatus,
(Propter quod grates ago Divo Cunctipotenti)
Sed tantà dandi sum consuetudine tractus,
Ut nedùm parvis et egentibus omnia semper
Largirer quæ habui, sed verè ditibus altis.
Si quid prætereà potui servare parumper,

Protinùs herclè meam fures rapuere crumenam.
 Vixdùm pauperibus quidquid petiere negavi.
 Non tamen ex ipso perfectum me esse fatebor,
 Nec mea pauperies valdè est heroïca virtus,
 Tùm quia nec lacrimas potui sufferre alias,
 Tùm quia prospicere ulterius mihi nulla habitudo.
 Prodigus ¡heu! potiùs dici fortassè merebor!
 Nunc autem senui rapidè labentibus annis,
 Quominùs ulla mihi servata moneta supersit...!
 Quid mihi, pauperies, duro in discrimine reddes,
 Cùm morbi, et medici et forsàm penuria vexent?
 Attamen haud unquam tua verbera ferre verebor,
 Provida namque mihi semper, dulcisque fuisti.
 Spem tibi consuesco vivam sociare, fidemque,
 Quatenùs heroës comitaris, et inclyta suades.
 Quomodò te fugiam dùm commenderis ab Alto
 Qui sibi te junxit, terris dùm vixit in imis?
 Rex paupertatis, qui verbo cuncta creasti,
 Et duræ paleæ, nascens, cunabula habebas,
 Tristeque pro lecto tenuisti ignobile lignum:
 Lilia qui vestis, ditasque coloribus almis;
 Et terræ insectum, cunctumque volatile nutris,
 Quamvis hæc minimè serere, et quoque nere capessunt;
 Tu mihi provideas, quæso, sanctissime Jesu.
 Hic paupertatem sospes nunc postulo nudam;
 Hic dumtaxat aquam cum pane et pace reposco;
 Carcere cùm carnis liber sit spiritus atrox,
 Tunc mihi pauperiem ne reddas, summe Creator.





SUPER TUMULUM

PRÆSTANTISSIMÆ JULITÆ, SPECTABILIS UXORIS

EXCMI. MARCHIONIS DE VEGA DE ANZO

PIUS PLANGOR.



Vivere si sanctè, prælustris Fœmina, adepta,
Dùm sospes fueras, mortua nonnè magis
Sanctior ipsa manes, ditata charismate lucis?
Ah! tua prodigium vita perenne fuit.
Prætereà felix, prorsusque beata fuisti;
Quæ te prosperior Fœmina in orbe nitet?
Te fortuna suis orientem cepit in ulnis,
Et tenero amplexu fovit uterque parens.
Parvula nil unquam certè puerile patrast;
Moribus angelicis semper es usa piis.
Mox adolescenti lepidæ, facieque venustæ
Gratia summa tibi cœlitus aucta fuit.
Te, plures socias superantem dotibus altis,
Uxorem dives duxit amore Procer.
Septenos natos ipsi generosa dedisti,
Qui nimiùm felix, sospite te, fuerat.
Non fortunæ et opum species te falsa fefellit;
Namque inter fastum, quem ferè mundus avet,
Nobilis ac humilis, spargens virtutis aroma,
Fulgebas tamquàm in sentibus alba rosa.
Corporis, ac animæ permultis dotibus aucta,
Deliciâ implebas atque decòre domum.

Aurea ponè tuos grossus utcumquè fluenta
 Viderunt inopes, et tenuère sibi.
 Omnibus his gestis renitebas sideris instar,
 Leniter apparens alta humilisque simul.
 Te quoque propterea redamabat nempè maritus,
 Atque tuos mores ipse gerebat amans.
 Nunc tuus est felix in cœlo spiritus insons,
 Æternisque bonis ipse refertus erit.
 Non pro sorte tuâ lacrimas effundere conor...
 ¿Quis de sanctorum prosperitate dolet?
 Attamen ¡heu! sponsus, tantâ dulcedine ademptâ,
 Et teneri nati, qui sine matre gemunt,
 Et tristes durâ lacerati sorte parentes,
 Ac etiam fratres, cunctaque amica cohors,
 ¿Quid nisi ploratus poterunt emittere amaros?
 Quis siccis oculis funera acerba videt?
 Pro vobis igitur, septeni, congemo, flores, (1)
 Oscula queis fatum matris amata negat!
 Te nimis afflictum deflebo, Marchio, valdè,
 Nam solamem abest, lux oculisque tuis!
 Pro vobis etiam, tristes, plorabo, parentes,
 Quos malè deseruit filia vestra pia!
 Vos, quoque, matronæ ingenuæ, quibus inclyta norma
 Et vitæ exemplar defuit, atque jubar;
 Lugete orantes, et splendida texite sarta,
 Ac ejus tumultu pectore ferte pio.
 Denique grato animo cuncti lacrimamini amici,
 Sicut ego lacrimas fundo, precesque simul.



(1) *Septeni flores* son los siete niños, que son bellos como siete flores. (Nota del autor.)



EPITAPHIA, AD UNUM ELIGENDUM,
PRO TUMULO

Præstantissimæ Marchionisæ de la Vega de Anzo.



I

Hic lapis arentes Julitæ contegit artus!
Hunc Sponsus tumulum rore perennè rigat!

II

Marmor hoc eximiæ Julitæ continet ossa!
Hunc propè sarcophagum Marchio flere solet!

III

Hic jacet exanimis prorsùs spectabilis Uxor,
Quam Sponsus deflet nocte dieque memor.
Septenos natos orbos, sponsumque reliquit,
Pro quibus emoriens illacrimata fuit!

IV

Hic jacet exsanguis prælustris Fœmina et ampla,
Quæ inter delicias sospes et inter opes,
Puram servavit fœdo pecamine vitam,
Et magnis locuplex dotibus enituit.
Corporis jheu species isto sub marmore marcet!
Spiritus innocuus sidera scandit ovans.





INSCRIPTIO

pro quodam altari a Marchione fundato.



Nomine in eximiae Julitæ, uxoris amatæ,
Quæ in flore ætatis dormiit in Domino,
Marchio de Vega de Anzo, vir nobilis, istud,
Altare et statuam contulit ære suo.





†

SUPER TUMULUM

Eximii Doctoris Francisci Mateos Gago;

PIUS PLANGOR.



!Ergo jam dormis calami luctaminis expers,
Qui sospes genius belligerator eras!
!Denique jam verum sine nubibus aspicias atris,
Nullus ubi strepitus, nullavè rixa sonat!
!Ad terram rectam venisti cortice liber,
Acre ubi non ullum disputat ingenium!
Cuncta per æva tuus requiescat spiritus audax,
Qui in mundo exigua pace gavisus erat.
Non atrox homines discordia dividit istic,
Nec mentes turbat gloria vana virum.
Si pridem lacrimas pro te non jure profudi,
Nunc pro te ploro, corde precorque Deum
Si tuus extiteram fortè adversarius, inquam,
Ecce tuo in tumulo defleo et oro piè.

Postr. kal. novembr. 1890.





AD REVERENDUM
PATREM URRÆ,

CANONICUM DIGNITATE CANTORIS INSIGNITUM,
in Cathedrali Legionensi.



ACROSTICHIS.

Sedule, et illustris Navarrae vir celebrande,
Et patriæ invictæ pridem Legate severe;
Barbyto abundè meæ subjectum redde libenter,
Atque tuas, quæso, præsta mihi pangere dotes.
Signifer ac equidem fecialis et arbiter amplius
Tempore turbato fueras, et belligerator,
Ipse tui officii servus discrimine magno.
At cùm cœlestem licuit tibi cernere lucem,
Nube vaporatâ, legi subjectus obedis,
Unicè ut exemplum proponas civibus altum
Sectandi in primis Divi mandata superna,
Unica quæ in terris statuunt miro ordine pacem.
Rectè agis, o sapiens, perquàm venerande Sacerdos,
Rectile si in vitium defers solummodò bellum.
Accipe propterea, tibi quas ego consecro laudes.





AD CELEBERRIMUM VATEM **DOLORARUM.**



Dùm ferè peccatum, paradisi a plasmate primo
Commissum, mundo peperit sine fine dolores,
Tu plerumquè paris bellas sine labe DOLORAS,
Queis benè lætificans lacrimosâ in valle morantes,
Artis thesauros, et iberica grammata adauges.
Vatibus in summis dictator nobilis extas,
Nam prò velle tuo vel res vel nomina fingens,
Ejicis, aut plantas in nostro idiomate, juxta
Vires phantasie, quibus omnes vincere polles.
Ipse genus vocum commutas mascelearum,
Atque Scholam propriam statuis per sæcula fixam.
Attamen, oh Vates, quantumvis æmuli abundant,
Atque imitatores surgant tibi plurimi in orbe,
Nemo tuâ poterit de dextrâ abstollere signum.
Te pia posteritas vatem venerabitur unum,
Quippè DOLORARUM memoraberis unicus auctor.
Unicè in orbe tuæ natæ per sæcla manebunt;
At siquando tuæ exuviæ sub marmore restent,
Quisque tuas posset tecum sepelire DOLORAS,
Dummodò non ferres super astra exemplar earum.





AD AMICUM. CORRECTIO FRATERNA.

¿Cur ita conaris LITUI clangore sonare,
Si tibi vox resonans, atque canora deest?
¿Quid tibi cognomen, titulumvè tibicinis indis,
Si placidos sonitus prorsus habere nequis?
¿Nonnè tuum nomen super æthera ponere quæris,
Et proprii meriti niteris esse tuba?
Hoc verè minimum posset tibi ferre favorem,
Nam laus vilescit proprio ab ore data.
Clangere jam cesses; hominum ne tympana frangas;
Desere tùm criticam, dæmonis officium,
Quatenùs haud rarò damnas opus omne probandum,
Vel fortasse malum, futile plaudis opus.
Gnarus es, et doctus: ¿quis talia facta negabit?
Ats te politices tetra libido ligat.
Ne ingenium ponas operas reprobando modestas,
Si minùs ad summos ire velint apices.
Scribere, si placeat, meliores sit tibi munus;
Non verò *mastix* ampliùs esse velis.
Prodiga dona tibi natura dedisse videtur,
Magnam vim mentis, nobile et ingenium;
Attamen, ex fato, constanter abuteris ipsis...
¡Oh tremebunda dies, ultima iudicii!
¿Quidnam tunc clangor LITUI tibi proderit illic,
Si unicè erit resonans illa tremenda TUBA...!
Frangere tuum LITUUM; longè ejus projice frusta,
Namque tibi proprium nomen honore tenes.



Ad Marchionem de Figueroa



ACROSTICHIS.

M
A
R
C
H
I
O
D
E
F
H
I
G
U
E
R
O
A
V
A
V
E
E
t
t
q
u
e
c
l
u
e
n
s
s
c
r
i
p
t
o
r
v
e
r
è
a
j
u
v
e
n
i
l
i
b
u
s
a
n
n
i
s
;
e
t
e
x
c
e
l
l
e
n
s
A
t
h
e
n
æ
i
o
r
a
t
o
r
a
m
œ
n
i
:
c
u
m
t
u
a
j
a
m
p
r
i
d
e
m
l
æ
t
è
c
o
m
m
e
n
t
a
r
e
c
e
p
i
,
h
æ
c
m
e
a
j
u
r
a
v
i
t
i
b
i
r
e
d
d
e
r
e
c
a
r
m
i
n
a
p
a
r
v
a
i
n
p
e
r
g
r
a
t
i
a
n
i
m
i
s
p
e
c
i
m
e
n
s
e
u
p
i
g
n
u
s
a
m
o
r
i
s
.
o
m
n
i
a
q
u
æ
i
n
g
e
n
i
o
p
r
æ
c
l
a
r
o
s
c
r
i
b
e
r
e
s
u
e
s
c
i
s
,
d
i
s
c
e
r
e
e
g
o
s
o
l
e
o
t
u
a
t
e
r
q
u
e
q
u
a
t
e
r
q
u
e
l
e
g
e
n
d
o
.
e
s
m
i
h
i
p
e
r
p
l
a
c
i
d
u
s
s
e
r
m
o
n
i
s
c
u
l
t
o
r
i
b
e
r
i
,
h
e
r
t
q
u
e
t
u
u
s
c
a
l
a
m
u
s
p
e
r
q
u
a
m
f
i
g
m
e
n
t
a
v
e
n
u
s
t
a
.
i
n
m
a
g
n
i
s
e
t
i
a
m
c
o
n
s
e
r
v
a
t
o
r
i
b
u
s
e
s
s
e
.
g
r
a
t
æ
p
o
l
i
t
i
c
e
s
t
e
n
u
n
c
f
l
o
r
e
s
c
e
r
e
s
c
i
v
i
;
u
n
d
è
m
i
h
i
v
e
r
è
s
o
l
a
m
e
n
p
r
o
v
e
n
i
t
a
l
m
u
m
,
e
t
q
u
o
q
u
e
s
u
m
m
a
m
e
o
v
e
n
e
r
u
n
t
g
a
u
d
i
a
c
o
r
d
i
.
r
h
e
t
o
r
p
r
æ
c
e
l
l
e
n
s
A
t
h
e
n
æ
i
h
u
c
u
s
q
u
e
n
i
t
e
b
a
s
,
o
m
n
e
s
a
p
p
l
a
u
s
u
s
m
e
r
i
t
ò
l
a
u
r
o
s
q
u
e
f
e
r
e
n
d
o
.
a
t
n
u
n
c
C
o
m
i
t
i
i
l
a
u
d
e
s
u
t
c
u
m
q
u
e
p
r
e
h
e
n
d
e
n
s
,
a
d
s
u
m
m
o
s
a
p
i
c
e
s
a
c
c
e
d
e
s
m
a
x
i
m
i
h
o
n
o
r
i
s
.
v
i
v
e
r
e
e
g
o
v
e
l
l
e
m
d
o
n
e
c
s
i
s
i
p
s
e
M
i
n
i
s
t
e
r
,
e
t
t
u
a
s
i
m
n
a
c
t
u
s
c
e
l
e
b
r
a
r
e
n
i
t
e
n
t
i
a
g
e
s
t
a
.





PIÆ LACRIMÆ

super sepulchrum præstantissimi Domini,
ac meritissimi Viri

ALEXANDRI MON.



ELEGIA.

! Oh mors, quàm sævâ mactas feritate gigantes,
Quamvis porrò viri maximi in orbe forent!
Falx tua non parcit sapientes !heu! neque magnos,
Qui certè mundi dulce fuère decus!
Nulla fit in modico, nec in alto exceptio planè;
Nam si aliàs fieret, vir foret incolumis,
Qui lux Hesperiae fuerat triginta per annos,
Ditando patriam munere multiplici.
! Maxime Alexander! Parcæ fas ferre tributum,
Heu! licet ex oculis atra fluenta cadant!
Triste virum magnum vitâ decedere in ævum...!
Attamen haud deerunt dona superna tibi.
In te magnificè fulxerunt sospite dotes:
Virtutes equidèm pauci habuère pares.
Sordida avaritia haud unquam te commaculavit;
Mira tua integritas lauteque digna manet.
Verè incorruptus curasti æraria regni,
Insimul ipse diù publica fræna regens.
¿ Quisnam vir tali se gesserit integritate.
Cum tantos flectat dura cupido viros?

Arva tua, ac ædes, accepta ab utroque parente,
 Vixdùm servasti in prosperitate tuâ.
 Splendidus absque pari fueras florente juventâ;
 Quandò senescebas, ipse modestus eras.
 Te insigniverunt multo decoramine Reges,
 Primatem tamquàm, conspicumque virum.
 Alma fides tua et insignis devotio clarè
 In summis gestis est manifesta tuis.
 Magnificam statuam tu Virgini in Urbe dicasti,
 Quæ est honor hispani nominis, atque tui.
 Pulchrum reverà monumentum gentis iberæ
 Quo patriæ in Divam nempè probatur amor.
 Sane a te cives documenta ediscere possunt,
 In quibus inveniant plura perutilia.
 In re politicâ, populos vel in arte regendi,
 Absque pari fueras primus in Hesperia.
 Denique post longos actos in honoribus annos,
 Cùm te longævum fecerat ipse Deus,
 Civibus exemplum præstasti nobile et amplum,
 Inter præcipuos simplice corde nitens.
 Postmodò quando senex, peccamine liber ab omni,
 Vivebas, egomet te didicisse mori (1)
 Perbenè conspexi, tectum cœlestibus armis,
 Seu sacramentis, quæ Deus ipse dedit.
 Postuma sic complent heroës munia magni:
 Sic quoquè complesti, vir celebrande, tua
 ¡Oh! capias utinam lucis cœleste charisma,
 Quæque piis servat dona parata Deus.



(1) El que esto escribe fué confesor del ilustre finado, y tuvo el consuelo de administrarle los últimos Sacramentos.



PIA LAMENTA

super sepulchrum præstantissimæ dominæ,
ac honoratissimæ feminæ Emmanuелæ Mon,
meritissimæ viduæ primi

MARCHIONIS DE PIDAL_x



ELEGIA.

Matronæ illustres, et iberæ gloria gentis,
Quæ natos patriæ offertis virtutibus auctos,
Nomenque Hesperiae super æthera ponitis altum;
Veste nigrâ indutæ, jactoque nitente monili,
Fundite jam lacrimas, et scindite corda dolore;
Nam vestrum speculum, venerabilis, ampla Magistra,
Quæ tantis sospes meritis, et dotibus altis
Fulxerat in primis, mortis percussa securi,
E terrâ aufugit...! ;Matronæ, plangite, mœstæ!
Fœminæ et eximiae, quæ ornatae insignibus estis,
Atque coram solio Reginae adstare soletis,
Lugete, et tristes pro illustri flete Sorore,
Cujus splendorem jam non cernetis in aulis!
Vos etiam, proceres, matrem deflete virorum,
Qui decus exaugent patriæ, et prout astra refulgent...!
Alma parens fuerat, perquam spectabilis uxor,
Et vidua insignis, pia, et inclyta consiliatrix.
;Magnatum nitidus matrem desiderat Ordo!
;Pauper inopsque suam fautricem congemit altam!
Nos quoquè jacturam magnæ deflemus amicæ...!
;Fœmina praelustris, Mater celebranda virorum,
Qui inter primates rutilant, ut lumina cœli,
Præmia virtutum teneas jam cuncta per æva!



IREGIS ÆGROTATIO!!


PRECES ET LACRIMÆ.



Duriter hispanos cives dolor opprimit atrox;
¡Rex puer ægrotat! Mœstè cunabula circum
Flens Regina Parens, genuflectit, plangit, et orat!
Dira febris pupum Regalem vexat acerbè,
Mite Genitricis dùm pectus trux dolor angit!
¡Sæva pericla subit patriæ Spes inclyta nostræ!
Præstantes homines doctrinâ ac arte medendi
Augusto auxilium præbent medicaminis Ægro,
Magnaque ab ingenio extorquent conamina ut Ipsum
Salvificare queant, arreptum mortis ab ungue.
Ars tamen est impar, vel certè vana videtur,
Atque suas frustrâ præstare scientia vires
Cernitur. ¡Heu! ¿Numquid morietur Rex puer almus?
¡Oh Deus Omnipotens! Ne hispanam linquere gentem
Orbam Rege velis!! Clamores excipe Matris!
Suscipe tunc lacrimas populi plorantis amarè;
Vota piè exaudi, quæ plebs singultibus edit,
Reddeque lætitiâ, quam natio postulat ardens.
—Attamen, alma Parens, confide juvamine in alto,
Nàm sicut nubes incensi candida thuris
Æthera conscendit, tuâ sic oratio fervens
Cœlitis ad solium subiit. Deus audiet illam.
¿Quomodò spes gentis magna emorietur iberæ,
Si modò tantarum lacrimarum filius extet?

Quomodò tot factis votis occumbere posset?
Publica per pagos oratio, fitque per urbes;
Pastores et oves Divum pro Rege precantur...
Oh Regina pia! in Domino confide benigno.
Non præmaturâ noster Rex morte peribit,
Sed voti compos fies, et læta manebis.





Rex puer convaleuit.
Lætetur in Domino.



HYMNUS

Regina, lux Iberiæ,
Regis Parens amabilis,
Cujus serena lumina
Sunt lacrimarum rivuli;
Jàm compos extas fervidi
Voti, peracti in fletibus,
Nam Natus almus, inclytus,
Vigore plenus exsilit.
Salutis, atque roboris
Charisma jam Diespiter
Monarchæ amato reddidit:
Lætare, Mater optima.

Puer Monarcha, vividus,
Ridens, et altis dotibus
Ornatus, et lætissimus
Extat, favore Cœlitis.

Jàm vultus ejus limpidus
Rosæ nitet coloribus:
Jàm labra, melle ditia,
Instar rubescunt muricis.

Lepore, vel facetiis
Dotatus, atque gratiis

Puer renidet lætiùs:
Regina, parce lacrimis.
Lætare, et alto Cœliti
Grates agamus perpetim;
Nàm cælicâ clementiâ
Patravit hoc miraculum.

Hispana gens ferventibus
Votis tuis hanc gratiam,
Regina, debet inclytam:
Grates benigna suscipe.

Faxit quoque et Diespiter,
Ut lustra vivens plurima,
Ætate et amplis dotibus
Rex vincat Argantonium.





PRÆSTANTISSIMO VIRO

Emmanueli Cañete.



ODE.

Prælustre Critice, excellens, scitissime rhetor,
Qui disciplinis humanis, atque supernis,
Inter doctores, sublimi in culmine fulges,
Ut sol in medio cœlesti fornice splendet:
Vas, ubi doctrinæ purgatur sordibus aurum,
Ut magis eniteat, vel certè purius extet:
Flumen aquæ vivæ, quæ proluit omnia menda,
Quæ ferè scriptores blaterantes undique spargunt;
Cordatæ criticæ retines tu solus habenas,
Et vitium carpens, exaltas cuncta probanda.
Tu es tamquam cribrum, quo grammatis aurea grana,
Insimul ac artis nitidantur vel poliuntur.
Te, meâ si sterilis canere, et celebrare Camœna
Vult, quia te noscens in qualibet arte magistrum,
Cum tibi fert laudes, itidem sic laudat et artem,
Ne mea rejicias, insignis, carmina, scriptor;
Namque mei specimen verè sunt integri amoris
Erga te, qui annos triginta ardore laborans,
Hispanam linguam fecisti idioma supernum,
Servitium patriæ magnum præstando et honorem.
Tu errores alti punis utcumque cothurni,
Atque bonos mores in limina scenæ.

Utile figmentum tu expurgas labe inhonesta,
Et vitium damnas, siquando scientia abhorret,
Vel si ars turpetur, seu res moralis aberret,
Tu decus et custos extas academici honoris;
Litteræ, et almæ artes tutorem te venerantur,
Salve, scriptor ovans, et multos perge per annos
Hesperiae ad laudes, et grammatum ad utilitatem.





PRÆSTANTISSIMO AC ILLUSTRISSIMO DOMINO,
Revmo. Patri Fr. Bernardino Nozaleda,

ARCHIEPISCOPO MANILIENSI,
POST CONSECRATIONEM.



ODE.

Bernardine Pater, gloria Præsulum,
Nostri laus populi, lumen Iberiæ,
Astrum conspicuum nobilis Ordinis,
Astur gnare, et amabilis:
Plenus jam meritis, dives honoribus,
Inter magnificos, junior omnibus,
Doctores sophiæ, lucidus emines
Ut sol fulget in æthere.

Tu verè a teneris nosceris unguibus
In condiscipulis primus et optimus;
Tu perfectus eras, serius, integer,
Et cunctis studiosior.

Mox in Gymnasiis præcoce præditus
Vivaci ingenio, jugiter omnibus
Præluens, sociis, atque sodalibus
Exemplum nitidum dabas.

Quandò jam vir eras notus in Ordine,
Et doctor sapiens in sapientibus
Fulgebas radiis, lumine ditibus,
Instar luminis emicans;

Tunc Regina potens, Hesperiae decus,
Te clarum meritis perbenè noscitans,
Summo Pontifici protulit expetens,

Te almo ut chrismate inungeret.

Nunc, praeclare, cluens Archiepiscopo,
Cum mithrâ et baculo pontificalibus,
In sanctis domini cerneris Aedibus,

Lumen Flaminis obsecrans.

Mox ardens nimio zelo in amabiles,
Quas perquiris, oves, ibis ad Indiam,
Ac illas animas jam benedicere

Sanctum munus erit tuum.

Salve, gnare Pater; te Deus adjuvet,
Ut plenè incolumis, lata per æquora,
Optatam redeas lætus ad Indiam,

Dùm grex clamitat obvius.

Ter salve; oh sapiens Præsul, et inclyte,
Clarorum juvenum lux venerabilis,
Et fulgens speculum, normaue lucida;

Felix esto perenniter.

Commissis ovibus jam tibi cœlitùs
Mox cœleste dabis pingueque pabulum;
Sanctisque eloquiis dulciter instrues

Dilectum populum tuum.

Et donum sophiæ dulciter explices;
Et te quandoquidem vera scientia
Informat nimium, cœlica munera

Comple Antistitis optimi.

Te nunc intereà desuper angeli
Læti prospiciunt, gestaque fulgida
Auratis fidibus jugiter accinunt,

Ac te laudibus efferunt.

Virtus eximia in te, et sapientia
Humanis oculis panditur admodum;
Sic et cœlicolæ pecitine lucido

Dotes concelebrant tuas.

Nunc istis egomet sic tua munera,
Quamvis futilibus, concino versibus;
Nam supplet nimium deficientiam

Erga te studium meum.

Primus discipulus, carior omnibus,
Pridem mi fueras, semper amabilis.
Oh! cestro exagitor fervido et igneo,

Quando talia cogito.

Fastosus videor, vel nimis arrogans,
Quandocumque tui sum memor herculè...

¿Illum discipulum quis mihi diceret

Tam magnum fore Præsulem?

Sed vates egomet, sæpius optimum

Te cercens, etiam vaticinarius

Verè sum solitus te fore maximum

Inter conspicuos viros.

Namque in fronte tuâ jam sinè nubibus

Fulgebat Genii flamma nitentior;

Solers, ac humilis, serius, eminens

Noscebaris ab omnibus.

Nunc autèm, sapiens, Pastor amabilis,

Te verè egregium percolo Præsulem,

Et sacrum reverens osculor annulum,

Deflexis genibus, tuum.

Et mox oh! utinam te mea lumina

Ornatum videant murice splendido,

Lustrisque innumeris te benè vivere

Concedat Deus Optimus.





DILECTISSIMO AMICO.

Caje, meum baculum, potiùs vel dextera ductrix,
Atque meis oculis unice amice bone:
Iungere si epitheta intendam pulcherrima linguæ,
Omnia sunt equidem pauca, vel imparia
Belle enarrandis donis, quibus ipse refulges.
At cultum tribuens integræ amicitiae,
Largiter ac agere exoptans tibi pectore grates,
Barbiti abundè tibi cantica sacro meæ,
Unica quæ possum, pro tantis, dona referre;
Et benè, namque tibi metra placere scio.
Ne temnas ideò mea carmina, dulcis amice,
Accipe sed, tamquàm pignus amoris, ea.





DILECTISSIMI AMICI MEI

SIMILITUDO, (1)

SEU VERA IMAGO.

Claro in Gymnasio resplendet Doctor Oveti,
Qui sese mirè multiplicare solet.
Jutus mnemosynâ, pariterque laboris amicus,
Ac disciplinis omnibus ipse potens,
Eminet et fulget prout historiographus amplus,
Quidquid præsertim spectat ad Asturiam.
Utpote Patronus, causas moraliter æquas
Exigit, atque fori quærit ubique decus.
Sæpè Magistratûs munus supplere tenetur,
Atque vices recti judicis ipse gerit.
Omnia doctoris sapienter munia complet,
Atque in causidicis assolet ipse prior.
Prætereâ lites, quæ surgunt inter amicos,
Dirimit, et pacem prorsus amare monet.
Nullus in orbe foret pauper, neque tristis et æger,
Si ad cunctos posset currere in auxilium.
Si infelix casus fortassè evenerit usquam,
Is ferè mœstitiæ ferre levamen adest.
Si verò faustus successus contigit ullus,
Is quoque jam properat nuntius ire prior.

(1) Semblanza.

Si quæquam nostrâ celebrentur nuptiæ in urbe,
Aut Himenæus ibi ritè paratus erit,
Ipse, prout testis juratus, adibit ad Ædem,
Ut sponsis faciat verba boni augurii.
Si quicumque tetro vexentur funere cives,
Ut soletur eos, promptus abire solet.
Si quisquam pupus sacro de fonte levatur,
Fixus ibi, tamquam stella polaris, erit.
Continuò apparet sic omnibus omnia factus,
Ut non urbs alios possit habere pares.
Si tua non extat, Firmine, hæc pallida imago,
Fit quia peniculum fortè colore caret.
At quia te pridem meritis cognosco refertum,
Et benè favisti non semel ipse mihi,
Immemor esse tui minimè per sæcula possum;
Propterea dotes commemorabo tuas.





Clarissimo viro, et pereleganti scriptori,

JOSEPHO MARIE DE PEREDA.



Sicut Alexandri effigiem præclarus Apelles
Pingere peniculo divino est solus adeptus,
Sic mores hominum, scriptor celeberrime, pingis,
Quominùs a magnis supereris in orbe magistris.
Sicut et eximius Cervantes idioma lepore,
Et rhithmo, et numero nostrum ditavit abundè,
Sic almam pergis linguam splendore polire,
Oblectamentum præbens lectoribus amplum.
Jungere perfectè tu nactus es utile dulci,
Omneque propterea licuit tibi prendere punctum.
Ipse doces homines sociali vivere nexu,
Et vitium fugere, et virtutem prosequi amore,
Gestaque proponis cunctis imitanda virorum,
Atque bonos laudas, exsecrans semper iniquos.
Simplicis ac humilis mores quoquè laudibus effers,
Fortèque stultitiam gnarorum carpis acerbè.
Et cunctos fecreans animos, dulcedine reple,
Atque juvas homines tranquillam vivere vitam.
Magna tui ingenii mundus figmenta recenset,
Laudeque perpetuà jucundè extollit ad astra.
Multas ipse tenes, possum si dicere, natas (1)

(1) Novelas.

Pulchras, et lepidas, castas, prorsusque venustas;
 Postuma sed semper formâ plerasque videtur
 Vincere, nam crescens species apparet earum;
 Ultima sic ideò speciosior omnibus adstat.
 Quamplures alias, plenas dulcedine, habebis,
 Quas tua mens pariet perquam fecunda et amæna.
 Porrò tuus calamus fit tamquam florida virga,
 Dives aromatibus, quæ fructus fert quoque opimos.
 Fit lyra dulcisona, et quasi guttur aëdonis alnum,
 Vel prout angelica, et verè lætabilis harpa.
 «ÆSTATIS NUBES» præ augusto tempore nondùm
 Cernere ego potui; sed propter nuper obortum
 Ingentem strepitum criticorum, vel *criticarum*,
 Quo, tamquam motu, jam terra labare videtur,
 Compertum teneo quod opus, tam vociferatum,
 Quantumvis verum quandoque revelet amarum,
 Cætera præcellat salibus placidoque lepore,
 Et ferè morali doctrinâ maximè abundet.
 Perge tuas operas; et quamvis labile prælum,
 Vel saltem vulgus paucò moderamine clamet;
 Etsi et aristocrates injustis questibus hiscant,
 Scribere ne cesses commentum prorsus amœnum;
 Nam te posteritas cunctum memorabit in ævum,
 Et condigna Deus reddet tibi præmia magna,
 Quæque parata viris tenet ex mercede laboris.





Ad clarissimum Patrem Thyrsam,

DULCISSIMUM AMICUM ET CENSOREM MEUM.



Clare Pater Thyrse, insignis, celebrande Magister;
Flos, qui Augustini splendescens fertili in horto,
Plenus odore bono, fruges producis honoris.
Thyrse Pater sapiens, doctrinæ dives et œstri,
Grammata qui illustrans, bellamque Palæmonis artem,
Disciplinarum cunctarum cultor haberis,
Pandere et ipse studes quidquid natura recondit:
Te pridem quâvis reverebar in arte magistrum,
Et te multimodis sophiâ florere sciebam;
Nunc sanctis video te ornatum dotibus esse,
Atque virum justum, nitidâ bonitate refertum.
Nempè bonis oculis placuit tibi cernere metra,
Quæ latiâ in lingua scripsi quasi ludrica mentis;
Quæque piè, tamquam Mecænas, ipse probasti,
Atque typis etiam dare me fortassè monebas.
Libera non maculis vel mendis esse notabas,
Quatenùs et visûs habeas et mentis acumen;
Sed tua præcellens virtus pietasque superna
Fratrum defectus operit velamine denso.
Grates, care Pater tibi ago pro tot benefactis,
Donec sospes ero, et jamjam cessurus, et ultrâ
Semper grato animo talem memorabo favorem.

Esto salutatus pariter cum Fratribus amplis,
Qui almi Augustini pergentes nunc Opus altum,
Civibus electis doctrinæ lumina præbent.
Sunto salutati clari Fratresque Patresque,
Qui disciplinas humanas atque supernas
Nocte dieque solent in marmore sculpere et auro (1)



(1) En la magnífica revista «Ciudad de Dios.»



Ad primum humaniorum

LITTERARUM PERITISSIMUM MAGISTRUM.



Emmanuel, primo cùm te in certamine vidi,
Mirum portentum sophiæ te jam fore dixi.
Munera tunc gnari, doctique Palæmonis artis
Assumens, punctum præ cunctis omne tulisti.
Nunc in utroque polo clarus dignosceris auctor,
Unicus et latio florens sermone magister,
Et seitis linguis, Oriens quas protulit olim.
Laurea philologi tu solus sarta mereris,
Luce nitensque tuum nomen jam fulget in orbe.
Omnia scripta tua admiror, si mente revolve,
Sivè recordari tua carmina glorior usquam.
At mihi parce piè, si egomet tuus æmulus exto,
Dùm non invidiâ, sed amore hos dedico versus.
Accipe eos, tamquam specimen, vel pignus amoris.





IN MORTE ILLUSTRISSIMI DOMINI

D. EMMANUELIS UREÑA,

præclari Asturis, et gloriæ Legionis,
piæ lacrimæ.



Nuntius infaustus perquam miserabile fatum,
Quod legionenses affligit, nuper ad aures
Attulit, ac omnes animos mœrore refringit.
Ergo vir excellens, Legionis gloria, lausque
Nobilis Asturiæ decessit? Proh dolor atrox!
Quid valet Alcidiæ, quid prodest robur Atlantis,
Si quoquæ descendunt fortes in nigra sepulchra?
Quid valet eloquium gnari, magnique patroni,
Sit licet alterius Ciceronis forma et imago?
Quidve salus hominis, quamvis is ferreus extet?
Quidvè viris validis prodest vis corporis ingens,
Aut quid dexteritas vel vis gymnastica prodest,
Si fortes etiam in cinerem vertuntur et umbram?
Tristis conditio, quæ humanos afficit omnes!
Omnibus Emmanuel! fueras his dotibus usus;
Nam natura tibi concessit plurima dona,
Quæ dare non suescit cunctis mortalibus æquæ.
Collaudata fuit semper tua civica virtus;
In te etiam civis dotes, equitisque colendi,
Sunt quasi fulgentes in cœli fornice stellæ.
Nunc tamen exutus mortali cortice, amice,
Civica si virtus fortassis nil tibi prodest,

Non sinè mercedē excelsâ remanebis in ævum
 Propter virtutes solidas quas sospes habebas.
 Non divina fides dignâ mercede carebit;
 Non amor in fratres excludit præmia cœli;
 Fervida nam pietas operit peccamina multa;
 Et tu exardebas divino et proximi amore.
 Sontibus atque reis miro candore favebas,
 Non semel a mortis multos servando periclo,
 Et plures alias virtutes intus habebas,
 Quarum non equidem perdetur aroma per ævum,
 Nec, nigro in tumulto, cœno miscebitur atro.
 Sæpè egomet vidi fidei te castra tuentem,
 Et sæpè insontes magno defendere zelo,
 Fulgentem nitidis simul integritate et honore.
 Jure tuas dotes exili concino metro;
 Jure Deum precibus lucem tibi posco perennem.
 Cùm tua, amicitiae quasi pignora, facta recorder,
 Dummodò sospes ero, lacrimis, precibusque simulter
 Cernuus ante aras Jesum pro te rogitabo.





PIÆ LACRIMÆ
SUPER TUMULUM PRÆSTANTISSIMÆ FÆMINÆ.

ELEGIA.

Angulo in Hesperiaë, strepitu sejunctus ab omni,
Eminùs allatos questus super aëris alas,
In mediis inopum clamoribus, audio amaros,
Immixtos procerum singultibus; ex quibus ingens,
Et sævum fatum discerno, flebile valdè,
Quod lectam gentem Matrìti duriter angit!
¡Inclyta, quæ in celsis, pia Fœmina, fulxerat aulis,
Quæque sui fuerat lux, delictumque mariti,
¡Heu! inter lacrimas, amplexibus obruta castis,
Dicitur in tumulum summo cecidisse dolore...!
Fama, piè plorans, virtutes propalat ejus,
Quas per labra inopum, tamquàm præconia vera,
Jugiter enarrat. Proceris spectabilis uxor,
Qui astitit hispano Solio persæpè Minister,
Sospes eum semper peramaverat intimo amore;
Mortua, præcellens, apparet consiliatrix,
Quatenùs ipsa suis monitis, testamine scriptis,
Maxima et utilia apprimè documenta marito
Tradit, ut is valeat vitam transire beatam.
Marchio, sic vivens se et mortua Fœmina gessit...!
¡Plangere non miror quin pergas mœstus eandem!

Nec miror si inopes Divum pro matre precentur,
Quæ se ipsos toties tantâ recreaverat escâ!
Nec quoque demiror quin eam, dulcedine plenam,
Decessam plorent fervore propinqui et amici.
Tantis, et tot erat virtutibus ipsa referta,
Quæ nostras lacrimas et fervida vota meretur!





CLARISSIMO VIRO,
Presbytero Dri. D. Ignatio Albericio,

CANONICO LECTORALI TURIASONENSI,
HUMANIORUM LITTERARUM SCITISSIMO MAGISTRO.




EPISTOLA.

Docte Alberici, gnare et celebrande Magister,
Qui excolis ingenuam splendore Palæmonis artem,
Atque novos cursus utcumquè, viasque sequendo,
Assiduo studio es metam jam tangere adeptus;
Jam superare vales Brocenses, Scaligerosque,
Qui olim grammaticæ fixerunt dogmata certa.
Laudibus extollent quoquè te super astra recentes,
Qui tua mirantur jugis portenta laboris.
Ipse tuo assequeris pueros sistemate fari,
Tamquàm nativâ si linguâ quisque loquatur.
Et jam dimidium linguæ novère latinæ,
Qui hispani norunt idiomatis intima jussa.
Oh ferè prodigium studii! proh mentis acumen!
Post documenta tua, Ignati, jam memo latinum
Sermonem nescit, modò nostri dogmata noscat.
Dulciter hispanæ exantlas mysteria linguæ,
Cumque latinorum gyris et tramite confers.
Regula quæque tua est logicæ conformis, et apta,
Perque gradus modicos ascendit culmina ad alta.
Sic insensibiles per scalas ducis alumnos
Ad latine linguæ perfectam cognitionem.

Jam pueri poterunt lætanter, et absque labore
 Discere, et apprimè sermonem nosse latinum.
 Jam linguâ angelicâ quibunt diffusiùs uti,
 Sacraque mnemosynæ tùm Biblia reddere promptè.
 Jam non difficiles per furcas ire tenentur,
 Qui ardua grammaticæ assumant præcepta latinæ,
 Vel disciplinas altas sint fortè docendi;
 Sed, quasi per ludos, oblectamenta tenentes,
 Vadere erunt latias nacturi dulcè per oras.
 —Si ter abhinc denis annis, oh docte Magister,
 Cùm præceptor eram, te saltem noscere possem,
 Ac opus ingenuum nossem, quod promere curas,
 ¶Quantis ærumnis, et quot sudoribus essem
 Liber, dùm latium pueros idioma docebam...!
 ¶Quot pœnas possem certè elongare ab alumnis!
 Tunc juga Parnassi ascendentes perbenè mecum,
 Cernere Virgilii pretiosa Georgica possent,
 Sertaque nancisci, quæ vatibus undique substant.
 Tunc Nebrissensem nemo sibi prenderet artem:
 Nemo sibi pœnas daret, horrificumve flagellum,
 Sed binis annis metam contingere quisquam
 Cum paucò studio, et modico molimine quiret,
 Et cum rhetoribus sublimia culmina habere.
 Sed quod præteritis malè non evènit in annis,
 Fortè erit, Ignati, ut fiat jamjamque necessè.
 Decidit, oh fatum! præsentì in tempore lingua,
 Quam gens heroum fuit olim ritè loquuta.
 ¶Quis scit an Omnipotens mentorem suscitet amplum,
 Qui sanctam faciat linguam splendore renasci?
 ¶Quis scit an ipse queas miraculum tale patrare?
 Perge tuas operas, docte et celebrande Magister;
 Nam quamvis hodiè nondùm sis præmia adeptus,
 Mox securus erit tibi felix exitus, atque
 Te pia posteritas cunctum memorabit in ævum.





AD CLARISSIMUM SACERDOTEM,
dilectissimum consortem meum, quondam sodalem,

Reverendum P. Evaristum Martinez,

PAROCHUM DE SANCTO ANGELO (HABANA)



EPISTOLA.

Insignis consors, docte et venerande Sacerdos,
Qui disciplinas recolens et dogmata sacra,
Insimul et Parochi sapienter munera complens,
Pabula commissis ovibus cœlestia præstas,
Et quasi consultor, Pastoris jussa sequendo,
Dotes ipse tuas exerces, et moderamen:
Quis cum plebe tuâ posset te concomitari,
Sicut et ipse olim, me concomitando, adolescens,
Utile servitium mihi candido amore ferebas?
Oh felix equidem, quod tecum tempus inivi!
Felices horæ, quibus et te plura docebam,
Quando tuæ sophiæ jeci fundamina prima!
Porrò beatus eram, quandò propè Virginis aras,
Pronus uterque preces effudimus ante PATRONAM;
Quandò et uterque Domum Laureti jugiter amplis
Laudibus extulimus, recinentes dulciter hymnos.
Tunc te grammaticæ latæ præcepta docebam,
Et quidquid poterat prodesse Palæmonis arti:
Tu me cantare, et Sacrum celebrare juvabas,
Atque Deo summo sanctum persolvere cultum.

Quamvis puber amans, etiam meus amplius amicus,
Atque sodalis eras, quocum mihi vivere gratum.
Attamen ¡heu! fatum sejunxit utrumque seorsum,
Amboque per tempus PATRONAM liquimus ipsum.
Ipsa tamen minimè nos in discrimine liquit;
Te incolumem fecit, tutumque per æquora abire
Usque hemisfærì alterius loca pingua valdè,
Nomen ubi licuit tibi conquirere clarum.
Me quoque Virgo potens duxit, quasi Mater amanda,
Perque gradus fecit quamdam pertingere metam.
Nunc Legionensis Cathedralis sum ferè primus
Inter canonicos, quos veros æstimo amicos.
Tu quoquè et in Parochis reverendus et inclytus extas,
Atque boni cives, quasi Patrem, te venerantur.
Me mox abscedet fatali parca securi,
Namque ego jam senui, dùm tu, mi dulcis amice,
Qui clarus meritis fulges in flore juventæ,
Sæpè novcs habeas sopes, nitidosque triumphos.
Ast ultra mortem te egomet deamabo perennè,
Et Lauretanam pro te exorabo PATRONAM.
Tu autem, cùm noris me certè succubuisse,
Ipse precare Deum, pius ut mea menda remittat,
Ut jam purgatus cœlestia gaudia prenam.
Sic tamquam fratres iterùm vivemus in unum,
Nostram laudantes PATRONAM cuncta per æva.






Ad Alexandrum de Salmean

ET GOTARREDONA.



Dulcis Alexander, vir amabilis, inclyte amice,
Qui «CENTRI ASTURIÆ» mens, et dux providus extas:
Si inter aristocratas mirâ virtute notescis,
Ac inter doctos scriptores annumeraris,
Tùm quoquè pauperibus nostratibus (1) angelus adstas,
Queis ferè subsidium præbes, et dulce juvamen.
Tu benè de Asturiâ, mi sedule amice, mereris,
Quatenus et nostris concivibus auxiliaris,
Et nostro populo condignum reddis honorem.
Inter ephemerides, quas totis mensibus edis,
Fulgida gesta virûm nostrorum perbenè narras,
Queis trahis ingenuos juvenes ad culmina honoris,
Mirisque exemplis informans pectora eorum,
Omnibus ipse offers oblectamenta probata.
Sic ferè multimodis CENTRUM morale et amœnum
Efficis, ut quasi Athenæi simuletur imago.
Tempora dimidians studiis, inopesque juvando,
Grammataque illustrans patriæ, et benefacta ferendo,
Munia patritii complex, ut apostolus amplius,
Et cunctos oculos ad te convergere cogis.
Oh, benè te perhibes, valdè spectabilis astur:
Nobilis Asturia in primis te amplectitur arcè,
Atque boni cives te extollunt sidera ad alta.
Interea minimus cunctorum, quamlibèt astur,
Gratulor ipse tibi, et toto te ex corde saluto.

(1) De nuestra provincia.



AD PRÆCLARUM VIRUM
EMMANUELEM J. MADRID.



ACROSTICHIS.

Eggregie Emmanuel, solers vir, et optime amice,
Munere qui hospitii dotatus Cœlite ab alto,
Munia mirificè complex quoquè civis honesti:
Abstractus quamvis versaris Atlantici ad oras,
Nocte dieque studens cuncti progressibus orbis,
Unicus in patriâ nanciscere commoda vitæ.
Ex turri placidâ discernis in æquore naves;
Luce microscopii minima in tellure recenses;
Jutus vi lelescopii, percurris et astra.
Mensa tua est dapibus selectis semper onusta,
Ac raris epulis, quas tellus externa profert.
Denique abundè tenes aurato in vase falernum.
Reddere tum Divo cultum potes intimâ in æde.
In mundo quisnam felicior esse valebit?
Divus in hac magnâ te servet prosperitate!





Ad Canonicum Magistrale PALENTINUM.



Docte Magistralis, versans qui in flore juventæ,
Et plures superans præcones pulpiti in Æde,
Ipse nites, sicut præfulget in æthere titan;
Non tua conabor celebrare ingentia dona,
Nevè tuas metris intendam pangere dotes;
Sed magnas tantùm grates tibi pendere quæro
Pro mihi concesso nuper præstante favore.
Menda typographiæ, quæ in nostro irrepere libro
Visa tibi fuerant, plura emendasti, adamussim.
Sedulus, et gnarus rasisti menda notata,
Omnia castigans apprimè errata fabrorum,
Atque mihi pariter vitans incommoda multa.
Si quid propterea meriti liber iste tenebit,
Sivè minuta manent forsàm mendacia scripta,
Nempè tuis oculis debebitur hoc benefactum.
Permultas, inquam, grates tibi, dulcis amice;
Te Deus innumeros servetque, beetque per annos.
Sospes ego interea, mihi dummodò vita supersit,
Teque, tuamque operam memorabo, candide consors.





AD ABUNDIUM,

dilectum amicum meum, et honorabilem
typographum palentinum.



Excellens opifex, qui prælum maximè adaugens,
Arte typographicâ plures jam vincere polles:
Tu benè de Clero et populi pietate mereris,
Namque tuis refovens expensis utile prælum,
Ipse bonas totum doctrinas spargis in orbem. (1)
Munere multiplici quoquè, juxta nomen, abundas,
Et bonæ amicitiae officium nimis integer explēs.
Parvo pro pretio dumtaxat, et artis amore,
Me mandare typis fecisti abscondita metra.
Si tua lautitia insignis priùs agnita fortè
Esset porrò mihi, jam PARVA POEMATA pridem
Edere quivissem, plerisque legentibus apta.
At quamvis serò te novi, dulcis amice,
Jam tibi me credo immensos debere favores,
Pro quibus æquales teneor tibi reddere grates.
Nempè libenter ago grates tibi, candide Abundi,
Et tibi ab Excelso summam peto prosperitatem.

FINIS PRIMI VOLUMINIS.



(1) El Sr. D. Abundio Z. Menéndez, además de la imprenta que lleva su nombre, es propietario de un periódico diario de buenas doctrinas. — (N. del autor.)

INDEX.

	Pag.
Proœmium.	III
NUNCUPATIO. AMPLISSIMIS VIRIS ALEXANDRO PIDAL ET MON, AC VICTORI BALAGUER, HONORATISSIMIS ACADE- MICIS, ETC., ETC.	1
Ad Spiritum Sanctum Paracletum. Invocatio. . . .	3
Ratio horum Carminum. Candido Lectori. Epistola. .	6
Regium Iter, sivè Regalis peregrinatio ad spectabile Sacellum B. Mariæ V. de COVADONGA.	10
Ad Beatissimam Virginem de Monte-Serrato. . . .	15
Ad Reverendissimum Drem. D. Benedictum Sanz et Forés, Episcopum Ovetensem (præconizatum.) Hymnus.	24
Ad eundem Episcopum, jam consecratum. Hymnus. .	27
Ad Sanctissimam Bellorum Dominam, (vulgo de Co- vadonga.) Deprecatio.	29
Oratio dominicalis. Hymnus.	31
Ad sacratissimam Domum Lauretanam. Hymnus. .	32
Adorabile Crucis mysterium. Hymnus.	36
¡Regina Cœli saucia! Hymnus elegiacus.	38
Ad S. Franciscum de Borgia. Hymni.	41
Ad Beatissimam Virginem de Sancto Laurentio, Pa- tronam Vallisoletanam. Ode.	45
In exaltatione Præstantissimi Archiepiscopi Moreno ad Cardinalatum. Acrostichis.	50
Ad SSmm. Joseph, Beatissimæ Mariæ semper Vir- ginis Sponsum, Universæ Ecclesiæ Patronum, adinstar littaniarum. Preces.. . . .	51

	Pag.
Ad Solem Doctorum. Ode.	54
Ad Summam theologicam Divi Thomæ. Ode. . . .	56
Ad beatissimam ac præstantissimam Teresiam de Jesu, in ejus tercentesiinā anniversariâ die ante ejusdem venerabile sepulchrum.. . . .	58
Ad Ecclesiam Catholicam Romanam. Ode.	63
SS. Patri, Summo ac Optimo Pontifici, Pio P. IX., Magno benè nuncupato, feliciter regnanti, pro ejus augustæ Coronationis solemnissimâ, et non antheac solitâ XXV anniversariâ die.	69
Ad SSmum. P. nostrum Pium Papam IX, feliciter regnantem, pro ejus augustæ Coronationis solemnissimâ XXVIII anniversariâ die. Gratulatio.. . .	72
Summo ac Optimo Pontifici Pio P. IX Magno, feliciter regnanti, pro ejus augustæ Coronationis XXX an- niversariâ die. Ode.	75
De mirabili SS. P. Pii Papæ IX firmitate in turbato- res. Epistola.. . . .	79
De humanæ rationis imbecillitate, ac de firmissimâ Papatûs soliditate. Epistola.. . . .	81
De temporali R. Pontificis Dominatu. Crux et titulus regius. Ode.	83
In prospero ac desideratissimo adventu Illmi. ac Re- verendissimi Episcopi Ovetensis ad Asturiam. Ode.	85
In solemnissimâ magnificæ Necropolis ovetensis bene- dictione per Revmum. Episcopum peractâ. Ode. .	88
Unio Catholica Matritensis suo Emmo. Præsidi de solemnissimâ ejus augustæ exaltationis ad Episco- patum XXV anniversariâ die reverentissimè gra- tulatur. Ode.. . . .	91
Ad dulcissimam memoriam matris meæ.. . . .	93
Ad SS. P. Leonem XIII Cauriensis dominicana Do- mus. Ode.. . . .	94
In fausto ac desideratissimo adventu Regis Alphonsi XII ad Asturiam. Acrostichis.. . . .	96

	Pag.
Sacrum Epithalamium, seu Aureæ Nuptiæ R. P. Fr. Joseph Larroca, Generalis O. P.	98
Ad Præstantissimum ac Illmum. D. Doctorem D. Fr. Raymundum Martinez Vigil, Episcopum Oveten- sem, a sacris Apostolorum Liminibus redeuntem. Ode.	102
Chronica novissimæ Synodi Diœcesis Ovetensis. . . .	105
Actus Consecrationis Diœcesis Ovetensis Deifico Cor- di Jesu.	111
Acclamations.	114
Ad Sanctum Evangelium.	118
Immutabilitas Dei. Hymnus.	119
Ad Crucem Domini.	122
Ad Cordubam, propter faustam Revmi. P. Fr. Zephi- rini Præconizationem gratulatio. Ode.	125
Actus amoris et doloris.	127
¡Infernus!.	128
In aureis Nuptiis SS. P. N. Leonis XIII feliciter reg- nantis. Sacrum Epithalamium.	130
Oratio S. Leandri in tertio Concilio Toletano. . . .	135
Ad Clarum. Catholicum Regni Procuratorem. Carmen.	139
Perillustri P. Petro Payo, præclaro prudentissimoque Prædicatori, Philippinarum Provinciæ præstantissi- mo Prælato. Parvum poemâ.	141
Vati Vaticani.	143
Ad tirones. Ludus verborum.	145
Epigramma. Pœna peccati.	147
Ad præstantissimum Vatem, auctorem «Dramatis No- vi.» Acrostichis.	148
Ad Antonium Balbuena.	149
Emmo. Domino, S. R. E. Cardinali, Archiepiscopo Toletano, super tumulum Perillustis doctoris, Ga- brielis Garcia Moreno, in Æquatoris republicâ præstantissimi Consulis, iniquâ nece prærepti, per- petuus plangor. Elegia.	150

	Pag.
Plangor super tumulum Emmi. ac Rmi. D. D. D. Joannis Ignatii S. R. E. Cardinalis Moreno, Ar- chiepiscopi Toletani.	154
Epitaphia.	158
V. Episcopus Barcinonensis in sanctæ mortis agone. Epistola elegiaca.	160
Epitaphium super tumulum ejusdem Revmi. Episcopi.	164
Ad decessum Reginæ Mercedis. Elegia.	165
Ad decessum Regis. Elegia.	167
Epitaphia.	170
Oratio pro Rege Alphonso XII.	172
Plangor et lamenta in perhorridâ interfectione Matri- tensis-Complutensis Episcopi per infandum parri- cidam.	173
Plangor super tumulum R. Patris Fr. Joseph Barina- ga O. P. Elegia.	177
Super tumulum R. Patris Fr. Joachim Alonso Florez, O. P., subito decessi in Covadonga (1879).	180
Scriptio in annalibus S. E. Collegialis de Covadonga, de R. Patris Joachim clarâ vitâ, et pretiosâ, licet subitanæ et improvisâ morte. Ad peregrinos.	181
Plangor et lamenta fusa super sepulchrum Præstanti- ssimi ac Illmi. Dris. D. Benedicti Forcelledo, Epis- copi Asturicensis; pariterque cumulatam solatium propter faustam electionem Dris. D. D. Ferdinandi Argüelles Miranda ad illam Sedem ocupandam.. . . .	183
Super tumulum præstantis juvenis Julii Gomez Es- trada. Epitaphium.	186
Ad Posteritatem et Patriam. G. Castañon in mortis agone. Elegia.	187
Ad decessum gloriosum Dom. Bosci. Elegia.	189
Ad gloriosissimam mortem SSmi. P. Nostri Pii Pa- pæ IX fel. et sanct. recordationis.	192
Ad Christophorum Colombum.	196
Ad Ducem de Veragua.	201

	Pág.
Super tumulum immortalis Christophori Colombi.	203
Ad eminentem Patritium, celeberrimum Asturem, Comitiorum Præsidem.	204
Ad alium virum eximium. Acrostichis.	205
Ad Asturem Patritium, honorabilem Senatûs Præsi- dem. Acrostichis.	206
In ortu felicissimo Alphonsi XIII, Hispaniarum ac Indiarum Regis. Ode.	208
Ad Episcopum Martyrem in primâ ejus mortis anni- versariâ die. Hymnus.	212
Ad eundem Martyrem in secundâ anniversariâ die. Hymnus.	215
Ad Præstantissimum ac Revmum. Archiepiscopum Vallisoletanum propter Provinciale Concilium feli- citer inceptum.	219
Nec Spes, nec Metus. Versio latina.	223
Ad Provisorem in natalitio.	225
Ad Lectoralem.	226
In Lutheranos idololatrias.	227
Ad dilectissimum puerum.	230
Ad eundem. Epistola.	231
Hymnus latinus simul et hispanus. Ad B. V. Ma- riam.	233
Plangor et lamenta super tumulum Præstantissimi Ducis de Villahermosa, meritissimi viri, academici, humaniorum litterarum peritissimi.	236
Epitaphia pro ejusdem tumulo.	238
Ad Marchionem de Sancto Stephano. De vitâ agresti. Epistola.	240
Ad Episcopum Martyrem in tertiâ martyrii anniver- sariâ die. Invocatio.	244
Disertissima ac potentissima oratio, ab Alexandro Pidal et Mon in primo Catholico Conventu hispa- niensi pronuntiata. Versio latina.	247
Ad Antonium.	284

	Pág.
Ad Marchionem de Pozo-Rubio	286
Ad pretiosam mortem Reverendi Parochi de Sancto Joanne, vulgo Amandi.	288
Ad decessum Rdi. admodum Presbyteri Lic. Petri Frez. Caneja, Canonici ovetensis.	290
Ad Episcopum Martyrem in IV anniversariâ die. Hymnus.	292
Tenerrimæ populæ, Mariæ de Jesu Gonzalez del Valle, fuga in cœlum. Hymnus.. . . .	295
Ad Episcopum Matritensem—Complutensem. Ode. .	297
Ad Damianum Isern. Ode.	299
Ad sagacissimum Reipublicæ Primatem.. . . .	301
Ad meritissimum virum, juniorem Ministrum. Acrost.	302
Ad sapientissimum Virum D. D. Franciscum Silvela. Acrostichis.	303
Ad Rmum., ac Præstantissimum Dominum Episcopum Legionensem. Ode.. . . .	304
Ad Marcellinum.	306
Epistola ad Horatium.. . . .	307
Ad præstantissimum Dominum D. Victorem Bala- guer, laureatum dulcissimum Vatem, et honorabilem academicum.	315
Perfidus Vespertillio.	317
Epitaphium.	321
Clamor almogavarum.. . . .	322
Excmo. Domino Marchioni de Pidal.	327
Nuptiæ Camachii.	329
Ad Alexandrum de Pidal et Mon. Ode.. . . .	341
Ad Emilliam. Ode.. . . .	345
Ad præclarum Comitem de Guaqui.	349
Ad Victorem S. Capalleja. Ode.	350
Ad clarissimum Vatem D. Joseph Zorrilla.. . . .	353
Ad Granatam.	356
Ad Tibullum. Epistola de Duello.. . . .	357
Ad Ducem de Villahermosa.. . . .	362

	Pág.
Ad Antonium Pirala. Epistola.	364
Ad Guillelmum, Regni Procuratorem.	365
Ad regalem Academiam Hispaniensem. Epistola..	367
Ad Lyricorum Principem poëtarum.	371
Phantasia. (Versio latina).	374
Ad Nunnium de Arce.	379
Ad Petrum II, magnificum Imperatorem Brasilien- sem, propter faustam servorum redemptionem. . .	383
Ad Antonium Malo. Cognomen non facit hominem. .	386
Idyllium. De libertate.	387
Ad Barcinonem. Ode.. . . .	394
Ad Patritium. Acrostichis.. . . .	397
In præconizatione Illmi. Episcopi Turiasonensis. Ode.	398
Ad Patritium juniorem.	401
Ad Emmum. Dominum Archiepiscopum Lavigerie S. R. E. Cardinalem, Servorum Redemptorem et Apostolum.	402
Ad munificentissimam Fœminam Mariam Gwendolin Caldwel. Ode.	405
Sententia S. Francisci Xaverii.	407
Alia S. Ambrosii.	Ibidem
Super tumulum Præstantissimi ac Revmi. P. Frat. Petri Payo. Elegia.	408
¡Excelsior! (Versio latina).	412
Ad Voltarium. (Versio latina).. . . .	413
Ad Marchionem de Villafuerte. Epistola.	414
Ad decessum Præstantissimi Comitis de Toreno. Elegia.. . . .	416
Ad pretiosam mortem Præstantissimi Marchionis de Sancto Stephano. Elegia.	418
Ad Principem Ludovicum Philippum, Ducem Aurelia- nensem. Ode.	420
Postremæ Cogitationes Serenissimi Principis, Ducis de Montpensier, et ad mortem, per ejusdem chris- tianam vitam, præparatio.	422


	Pág.
Ad Petrum II, magnificum Brasiliensem Imperato- rem, post ejusdem iniquam depositionem.. . . .	425
Ad secundum Catholicum Conventum Hispaniensem, Cæsaraugustæ celebratum.	428
Plangor Musarum super tumulum dulcissimi vatis Gu- mersindi Laverde Ruiz. Elegia.	430
Epitaphia.	432
Amabilis paupertas.	433
Super tumulum Præstantissimæ Julitæ, spectabilis uxoris Excmi. Marchionis de Vega de Anzo. Pius plangor.	435
Epitaphia.	437
Inscriptio.	438
Super tumulum eximii Doctoris Francisci Mateos Gago. Pius plangor.	439
Ad Rvdum. Patrem Urrea.	440
Ad celeberrimum Vatem <i>Dolorarum</i>	441
Ad amicum. Correctio fraterna.	442
Ad Marchionem de Figueroa.	443
Piæ lacrimæ super sepulchrum præstantissimi Domini ac meritissimi Viri Alexandri Mon. Elegia.	444
Pia lamenta super sepulchrum præstantissimæ Do- minæ, ac honoratissimæ fœminæ Emmanuelæ Mon, meritissimæ Viduæ primi Marchionis de Pidal. Elegia.	446
Regis ægrotatio. Preces et lacrimæ.	447
Rex puer convaluit. Lætetur in Domino. Hymnus.	449
Præstantissimo viro Emmanueli Cañete. Ode.	451
Præstantissimo ac Illustrissimo Domino, Reverendis- simo P. Fr. Bernardino Nozaleda, Archiepiscopo Maniliensi, post consecrationem. Ode.	453
Dilectissimo amico.	456
Dilectissimi amici mei similitudo, seu vera imago.	457
Clarissimo viro, et pereleganti scriptori Josepho Mariæ de Pereda.	459


	Pag.
Ad clarissimum Patrem Thyrsus, dulcissimum amicum et censorem meum.	461
Ad primum humaniorum litterarum peritissimum Magistrum.	463
In morte Illustrissimi Domini D. Emmanuelis Ureña, præclari Asturis, et gloriæ Legionis, piæ lacrimæ.	464
Piæ lacrimæ super tumulum Præstantissimæ Fœminæ. Elegia.	466
Clarissimo Viro, Presbytero Doctori D. Ignatio Albericio, Canonico Lectorali Turiasonensi, humaniorum litterarum scitissimo Magistro. Epistola.	468
Ad clarissimum Sacerdotem, dilectissimum consortem meum, Reverendum P. Evaristum Martinez, Parochum de Sancto Angelo (Habana.) Epistola.	470
Ad Alexandrum de Salmean et Gotarredona.	472
Ad præclarum Virum, Emmanuelem J. Madrid. Acrostichis.	473
Ad Canonicum Magistralem Palentinum.	474
Ad Abundium, dilectum amicum meum, et honorabilem typographum Palentinum.	475




ERRATA CORRIGENDA.

PAGINA.	LINEA.	ERRATA.	CORRIGE.
22	6	Titam	Titan.
75	16	Lœtali	Lethali.
76	32	inplaceant	ni placeant.
76	36	traditit	tradidit.
77	10	gregres	greges.
94	8	cujus	cupis.
156	9	in vivis	ipse.
160	17	Terrea	Terreni.
174	15	fleret	floret.
189	9	falce	jam falce.
213	14	lauris	labris.
220	2	beatus	nempè beatus.
256	27	virique	verique.
269	Ultima.	jam	jamjam.
272	25	mota fecit	mota fuit.
310	11	Alcaci	Alcæi.
332	17	in patris	in pratis
336	Penultima.	prodigalistas	prodigalitas.
341	12	puerili	puerile.
365	5	retèque	ritèque.
404	19	nullos	nullus.
415	1	Viri	Vivi.
445	19	præstasti	præstabas.







BUSTOS
VALDES
~~~~~  
PARVA  
POEMA  
LATINA

JT 2062